









Theocraticum Tribuum  
Israeliticarum

**SYSTEMA**

Seu de

Forma Reipublicæ

Israeliticæ

ante Regum tempora,

Auctore

Sebastiano Eberhardo  
Jhering,

erenissimi Principi Frisiæ Orientis  
talis à Consiliis Regiminis  
& Ecclesiasticis.

Jo 1877

---

BREMÆ,

In Officina Saurmanniana.

1731.



ALTE TB

BUK 1000

SCHE

ANP1000

ANP1000

ABANDON

RENT

MANUSCRIPT

BY ANONYMOUS

1800

PRINTED IN THE U.S.A.

BY THE UNIVERSITY PRESS

OF THE STATE OF CALIFORNIA

1800

BY THE UNIVERSITY PRESS

OF THE STATE OF CALIFORNIA

1800

C  
T  
M  
E  
J  
I  
P  
C  
A  
T  
I  
N  
R  
D  
Q  
P  
R  
N  
F  
S  
A  
H



## Præfatio.

Lectori benevolo salutem.

**Q**uum nec jucundiorem nec utiliorem considerationem ullius reipublicæ putarem, quam illius, cuius instituta Regem regum, legislatorem sapientissimum & prudenterissimum, Deum inquam immortalem, auctorem habent, reipublicæ nimirum judaicæ ante regum tempora, cuius rex ipse Deus nominari & esse voluit, dicere non possum, quo stimulo ad electionem eorum auctorum, qui instituta reip. Hæbraicæ politica tradiderunt, incitarer, & qua dulcedine lecta legerem, diversasque auctorum sententias de reipublicæ judaicæ formula, antequam Saulus sceptrum adipisceretur, ponderarem, cui tamquam verisimiliori calculum apponere. Sed frustraneus labor fuit, hoc alia, illo alia pro stabilienda sua sententia allegante. Ad fontes igitur eundum, ibique veritatem hauriendam putavi, rivulis, quo lon-

gius profluunt, eo magis peregrinatur  
 aquas admixtas habentibus. Scilicet  
 annales illos sacros, qui acta Judiciorum  
 Israëliticorum incerto auctore conscri-  
 pta, nobis exhibent, evolvi, legi atque  
 relegi, ut quomodo belli & pacis nego-  
 tia administrata essent, animadverterem.  
 Examinavi juxta ea, quæ gesta in hac  
 republica deprehendi, singulorum sen-  
 tentias, easque alias aliis longius a recti-  
 tramite recedentes, Grotiique opinio-  
 nem verisimiliorem, nec tamen per o-  
 mnia veritati consentaneam, si quid ego  
 video, inveni. Etenim quod Grotius ris-  
 omne fere punctum reip. judaicæ ho-  
 minum adscripsit arbitrio, in eo senten-  
 tiæ ipsius, refragantibus sacris annali-  
 bus, adstipulari haud potui; ubi vero tan-  
 systematicum plurium civitatum inter-  
 dum fere dissolutum corpus adpellavit Ti-  
 Hebræorum rempublicam, illam sane saltu-  
 appellationem, quantum nimirum ho-  
 minum arbitrio adscribi recte potest,  
 calculo meo comprobare non dubitavi.  
 Quemadmodum autem de formula rei-  
 publicæ judicare absque diligentí anna-  
 lium sacrorum examine & contempla-  
 tione totius nexus negotiorum gesto-  
 rum

reginarum impossibile, & vice versa enarratio-  
 Scilicet hem omnium ibi conscriptorum nego-  
 uidicuntiorum pragmaticam loco commenta-  
 conscripsi in librum Judaicum mihi inservi-  
 gi atque turam ratus sum; ita in proprios usus  
 s nego & futuram cogitationem memoriam,  
 rterem meditationes meas chartæ prius com-  
 a in hac mendavi, & nunc typis exscriptas Tibi,  
 am sen-lector benevole, exhibeo, num forte iis  
 a recti ad investigandam ulterius veritatem uti  
 opinio velis. Omne de antiquarum rerum-  
 per o publicarum formula judicium difficile  
 uid ego est, ut ultra probabilitatem vix egredia-  
 Grotius ut plurimum, quem in finem solum  
 cæ ho-exemplum de formula nostri sub Con-  
 senten-rado I. imperii allegasse sufficiet. Cave  
 annali-igitur, putas opinionem hanc nostram,  
 oi vero tamquam extra omnem dubitationis a-  
 m inter-leam positam & quasi ex tripode dictam  
 bellavit Tibi obtrudi. Absit. Probabiliorum  
 m fane saltem sententiam istam cæteris opinio-  
 um ho-nibus dico, et si tu adhuc, quæ magis  
 potest, probabiliter de formula reip. Israeliticæ  
 abitavi. differas, habes, & gratulabor tibi ani-  
 ala rei- mitus de veritate inventa, & senten-  
 i anna-tiam lubenter mutabo & revocabo. Va-  
 empla-le & fave. Dabam Auricæ, die sto-  
 gesto- Junii 1731.

rum

A 3

Sum-

# Summaria.

- §. 1. De partibus imperii cuiuscumque violendum prius, quam de forma statuendum.
- §. 2. Simili modo in determinanda reipublicæ Israeliticæ forma procedendum.
- §. 3. Scopus hujus tractationis.
- §. 4. de forma monarchica, aristocratica, & democratica in genere.
- §. 5. Ad nullam harum forma reipublica Israeliticæ, quæ Judicum tempore fuit referri potest, suffraganti non uno viro docto.
- §. 6. Interim tamen monarchica dicitur ab Hontugnio.
- §. 7. Monarchico - aristocratica a Menochio.
- §. 8. & 9. Aristocratica a Sighonio, quæ vera systematicam civitatem videntur.
- §. 10. Democratica a Cunæo & ab Altibusio.
- §. 11. & 12. Systematica a Grotio.
- §. 13. Regnum sacerdotale ab Hobbesio.
- §. 14. 15. 16. Theocratis a Rechenbergio & Courringio.

§. 17

- §. 17. Methodus dicendi nostram sententiam.  
 §. 18. De chronologia hujus periodi.  
 §. 19. De jure circa bellum tempore seniorum Josuae succendentium.  
 §. 20. de jure circa pacem & fædera.  
 §. 21. de jure circa sacra & leges.  
 §. 22. de periodo anarchiae & jure circa sacra tunc temporis administrato.  
 §. 23. de judiciis & modo eorum.  
 §. 24. de justitia belli Benjamitici ob denegatam justitiam.  
 §. 25. de initiis & eventu belli illius.  
 §. 26. de pace inita, & convocatis eam in suum comitiis.  
 §. 27. de pœnis divinis malitiam Israelitarum insecuris.  
 §. 28. de servitute Mesopotamica per Othonielem divinitus depulsa.  
 §. 29. de facie reipublicæ post Othonielis mortem, servitute Moabitica, & libertate per Ebudem restituta divinitus.  
 §. 30. de bello contra Jabinum auspiciis divinis gesto,  
 §. 31. nec non de illo, quod Gideone, Jephtha, Eli & Samuele judicibus gestum est.

A 4

§. 32.

§. 17

- §. 32. *Quantum hominum arbitrio circa  
hæc bella relictum.*
- §. 33. *de particularitate bellorum isto-  
rum.*
- §. 34. *de bello civili Ephraëmitico tem-  
pore Jephæ.*
- §. 35. *de jure circa pacem & fædera.*
- §. 36. *de magistratum constitutione sub  
judicibus.*
- §. 37. 38. *de jure circa sacra, quod judi-  
cibus competit.*
- §. 39. *de immediato vel mediato modo  
perveniendi ad munus judicis.*
- §. 40. *de tyrannide Abimelechi.*
- §. 41. *Thola & Fairus immediate a Deo  
rerum moderamini præpositi.*
- §. 42. *de amplitudine imperii judicum.*
- §. 43. *de comitiis judice non exsistente  
convocatis.*
- §. 44. *de Comitiis a Samuele indictis.*
- §. 45. *de facie reipublicæ tempore ser-  
vitutum.*
- §. 46. 47. *Theocraticum civitatum sy-  
stema rempublicam Israeliticam ap-  
pellandam esse eam, que Josuæ tempo-  
ra proxime insecuta est, probatur;*
- §. 48. *eamque tempore Anarchiaæ.*
- §. 49.

- io circa §. 49. nec non subjudicibus mansisse.  
 um isto- §. 50. quæ forma singularum tribuum  
 co tem- fuerit.  
 dera. §. 51. An potestas Judicum dictatoria ju-  
 ione sub rri avenegrias singularum tribuum de-  
 od judi- rogaverit.  
 o modo §. 52. Josephus sibi contradicere visus  
 e a Deo explicatur & conciliatur.  
 dicum. §. 53. Transitus ad contrariarum opinio-  
 sidente num refutationem.  
 etis. §. 54. Expenditur opinio Houtagni.  
 re ser- §. 55. Menochii.  
 um sy- §. 56. Sigonii.  
 um ap- §. 57. Cunæi & Althusii.  
 tempo- §. 58. Grotii.  
 ir; §. 59. Hobbesii.  
 . §. 60. Rechenbergii & Conringii.  
 §. 61. de præstantia theocratiæ.  
 §. 62. Quascumque rerumpublicarum  
 formas ex theocratia non aestimandas  
 esse, demonstratur.

§. 1.

**N**on nisi inspectis & consideratis qui-  
 busunque partibus imperii, & per-  
 penso modo administrandi rempu-  
 blicam, de forma ejusdem rite & so-

A 5

lide

§. 49.

lide judicari posse, tam apertum est, ut probatio non indigeat. Ex inductione exemplorum namque constat, qua forma regimini sit, quis rem publicam administrandi modus. Non itaque ordine inverso prius de certa forma statuendum, & tunc concludendum, quid in singulis casibus procurandae reipublicae justum injustumve sit. Quam si tam theoretici, quam qui curas publicas abeunt, recte observassent regulam, aut valde fallor, aut multis litibus, & turbis publicis caruissimus.

§. 2. In examinanda & perpendenda reipublicae Judaicæ tempore Judicum forma non alio procedendum modo esse, inter Theologos nostros Rechenbergius in Diss. *de fide Hebreorum ante R. Saulem Monarchia civili*, & ex Politicorum numero Conringius in dissert. *de politia sive republica Hebreorum antea observarunt*. Hos tamen ipsos non omnem administrationis modum uno obtutu contemplatos esse, nec omnes partes imperii simul exhaustisse puto, & recte putare mihi videor. Dum enim formam reipublicæ omnimodo theocraticam fuisse contendant, sane ea negotia, quæ populus Israeliticus proprio Marte obiisse legitur, non animadvertisse videntur, quum tamen ex libello isthoc, qui de Judicibus inscribitur, & historiam rerum a Josuæ obitu usque ad Eli & Samuelem gestarum commemorat, demon-

strari

strati queat, non semper nec omnia sum-  
mum numen moderatum esse munera rei-  
publicæ, sed interdum partem curarum ipsi  
populo reliuisse.

§. 3. Quando autem de forma reipublicæ  
Israeliticæ acturus sum, animus non est, o-  
mnes imperii partes quomodo sese omni  
tempore habuerint, quam plenissime per-  
trectare, & universum jus publicum gentis  
Israeliticæ docere, quum Sigonum, Cunæ-  
um, aliosque, qui hanc materiam ex institu-  
to tractaverunt, exscribere pingeat. Verum  
qualis forma fuerit regiminis in hac perio-  
do, qua inter Josuam & Regem Saulum in-  
tersuit commonstrabo ex sacris Judicium an-  
nalibus ex mente quidem Sigonii lib. VII. c.  
2. §. 3. Jejune scriptis meo autem judicio &  
Josepho, & cuicunque alii præferendes.  
Non nescio equidem, ex legibus cuiusvis  
reip. magis stimandam esse formulam regi-  
minis, quam ex rerum factarum enarratio-  
ne, quandoquidem inter omnes constat,  
sæpius aliquid de facto fieri, quod jus pro-  
hibebat. Sed nos impræsentiarum eo tutius  
relationi libello de Judicibus insisti putamus,  
quoniam deficientibus legibus fundamenta-  
libus, ad solam historiam quam dicunt pra-  
gmaticam, recurri solet & recurrentum est?  
& de jure theocratiæ nullæ leges nisi Exod.  
XIX. 3. 8. Deut. XVII. 8. 12. exstant.

§. 4. Præsuppono hic, quod inter omnes  
con-

ut pro-  
e exem-  
regimi-  
ndi mo-  
rius de-  
cluden-  
curandæ  
Quam si  
icas ab-  
aut val-  
s publi-  
da rei-  
forma  
, inter  
n Diff.  
rchia ci-  
ringius  
raeorum  
non o-  
obtutu  
impe-  
are mi-  
publicæ  
ndant,  
eliticus  
aimad-  
libello  
& hi-  
Eli &  
emon-  
strari

constat, aliam formam monarchicam, aliam aristocraticam, aliam democraticam appellari, prout vel unus monarcha rerum moderatorini praefest, vel optimates summam civitatis curant, vel universus populus summas imperii partes ipse obit, alias vero mixtas nominari civitates, ubi summus imperans, vel optimates ad exercitium imperii consensum populi adhiberet. Quibus noviores politici sistema civitatum addunt, ubi nonnullae civitates, salva suprema in cives potestate, foedera aliquo æquali inter se securitatis publicæ causa, unctæ in sistema quoddam ita coeunt, ut in cautis una civitas esse videantur, quum potius respublica unitarum provinciarum, more apud Batavos loquendi solenni, sit appellanda.

§. 5. Ad nullam harum formarum referri regimen populi Israelitici ante Saulem posse, libellus jam a nobis laudatus, imo vero propter divinam inspirationem nostris laudibus impar, lectorem attendam edocet, quandoquidem maxima reipublicæ negotia tantum non omnia jubente summo Numine expedita esse, plurimæ paginæ loquuntur. Singularitas imperii jam olim Josephc, historiographo judaico, ansam præbuit singulari nomine Theocratiam appellandi regimen illud, cui appellationi ut calculum cum viris doctissimis adjicam, historia & series rerum gestarum non suadet tamtum sed fere mandat.

n, alian dat. Interim tamen pace tantorum virorum, n appelle qui puram theocratiam rempublicam Israe- um modicam dixerunt, in eo ab eorum recedam mam ci sententia, ut non solum partem administrationis genti ipsi relietam adstruam, verum ro mix etiam hanc administrationem formulæ syste- s impe maticæ civitatis similem fuisse assenam.

imperii. § 6. Antea autem quam assertionem hu- bus no- jus meæ sententiae aggredior, eruditorum o- unt, ubi piniones, qui omne imperium gentis nomi- n cives natæ humanam existimarunt, & modo mo- er se se- narchicam, modo aristocraticam, modo de- systema mocraticam dixerunt, recensendas, mihi su- ma civi- mam, Monarchicæ formæ defensor exstitit publica Batavos Adrianus Houtognus, Jureconsultus Bata- vus. Hic enim potestatem domesticam Pa- triarcharum Abrahami, Isaaci & Jacobi ad monarchias refert, tum initia theocratæ Mose duce coepta & sub Josua continuata monarchiæ civili æquiparat, atque demum illud seculum, quod intervallum inter Jo- suam ac Othonoielem, sequitur, nimirum seriem illam Judicum consummatissimam monarchiam fuisse defendit, theocratæ di- vinæ omnem gloriam detrahens.

§. 7. Mixtum imperium ex monarchia & aristocracia obtinuisse Menochius de republ. Hebr. lib. I. c. I. §. 5. censuit: Judex, in-quit, nihil fere publicum, suo ipsius arbitrio ac voluntate agere, nisi forte in rebus bellicis, cum subita urgensque neces-

sitas

„sitas ita postularet, statuere poterat, se belli  
 „omnia eschiorum consilio, synedriiqu<sup>Sib</sup>  
 „suffragio ad eum modum dependebant exi  
 „quo nunc in Geneta (Genevensi) Genuen<sup>næ</sup>  
 „sique republica, a consilii calculo pender<sup>res</sup>  
 „videmus. Dissentit Menochius ab Houtorun  
 gno in eo, quod ille Judices tamquam Mo<sup>tica</sup>  
 narchas cuncta pro arbitrio gubernasse exit<sup>tiffi</sup>  
 stimaverit, hic autem Judices regulariter<sup>S</sup>  
 consilio optimatum adstrictos, & nonni<sup>ma</sup>  
 summa urgente necessitate, potestate aliqui<sup>dis</sup>  
 dictatoria functas, inconsultis optimatibus<sup>obs</sup>  
 de republica statuere potuisse opinetur. V.  
 § 8. Judicum potestatem magis adhuc ex<sup>rum</sup>  
 tenuat Sigonius, qui optimatibus majore<sup>com</sup>  
 partes adscribit, eorumque imperio, princi<sup>bis</sup>  
 patum Judicum subordinat. Ita enim lib<sup>12 t</sup>  
 , I cap. V. §. 4. De seniorum, ait, imperio<sup>las</sup>  
 „significatur secundo Judicum, servierunt<sup>gul</sup>  
 „Iraelitæ Domino, cunctis diebus Josuæ, & que<sup>re</sup>  
 „Seniorum qui post eum vixerunt, & nove<sup>cida</sup>  
 „runt omnia opera Domini, quæ fecerat in<sup>suu</sup>  
 „Israel. Judicibus inde rerum potentibus<sup>cis</sup>  
 „eodem modo Aristocratia fuit, siquidem<sup>cog</sup>  
 „illis principatum administrantibus, & lex<sup>exe</sup>  
 „ut ante valuit, & Deus ipse imperium te<sup>pus</sup>  
 „nuit. Et de Judicum electione lib. VII. c<sup>tur</sup>  
 „2. §. 5. ita habet: Cum autem scriptum est,<sup>seju</sup>  
 „Deum populo hunc aut illum salvatorem<sup>inde</sup>  
 „excitaste, significat, Deum populo in men-<sup>lium</sup>  
 „tem injecisse, ut hunc aut illum Judicem<sup>ta c</sup>  
     belli

rat, se bellum ducem designaret. Hactenus Sigonius.  
 sedriiqui Sibi tamen ipsi eum non constare, appareat  
 indebant exinde, quod theocratiam potestati huma-  
 Genuenæ postposuerit, neque quid Deus sibi ipsi  
 pender reservaverit, quid hominibus tradiderit, pa-  
 Houtorum accurate distinxerit, formam Aristocra-  
 tam Moticam §. 5. in eo constituens, quod ibi lex po-  
 asse exitissimum cum Deo dominata fuerit.

gulariter §. 9. Illum tamen ipsum Sigonium sys-  
 nonnis maticam civitatem in populo Israelitico vi-  
 e aliquodisse, sed alio nomine magis implicato &  
 matibus obscuro, appellasse, abunde ex lib. I. capitil  
 ur. V. §§is ultimis abunde constat, ubi, *Hebræo-*  
*dhuc ex rum rempublicam quodammodo tripartitam fuisse*,  
*majore contendit. Una enim (loquor ipsius ver-*,  
*principiis) fuit, quæ universum populum, id est,,*  
*nim lib. 12 tribus, complexa est, altera quæ singu-,,*  
*mperio das ipsius populi tribus; tertia, quæ sin-,,*  
*vierungulas singularum tribuum civitates. Jam,,*  
*osuæ, & quemadmodum in systematica civitate ac-*  
*c nove cidere videmus, ut urbes vel pagi singuli*  
*cerat in suum senatum habeant, qui de rebus publi-*  
*cientibus decernat, & causas privatas, captalesque*  
*quidem cognoscat: & suos magistratus, qui judicia*  
*& lex, exerceant: ex quibus omnibus in unum cor-*  
*rium temporis morale coalescentibus, provincia nasca-*  
*. VII. c. tur, a reliquarum provinciarum rationibus,*  
*tum est, se juncto jure publico & suprema potestate*  
*zatorem independente gaudens, ita ut plurium ta-*  
*in men- lium provinciarum reipublicæ causa institu-*  
*Judicemta conjunctio, sistema civitatum constituat;*  
*belli non*

non secus in populo Judaico ex civitatibus R<sup>o</sup>  
 & pagis tribus , ex tribubus rempublicam mag  
 universam conflatam Seldenus perhibet per  
 adeo ut triplex seu tripartita Aristocratis lo  
 exinde evaserit.

§. 10. In omnia alia abiens Cunæus lib. Itue  
 cap. 12. ab appellatione Democratiæ quidem libu  
 abstinet, jura tamen gentis ita effert, ut resed  
 rum summam populo vindicet, opinionis sed  
 suæ forsan secutus Althusium licentia De sum  
 mocraticæ , cum injuria monarcharum & ba  
 optimatum, adsertorem acerrinum, vid sup  
 Alth. polit. cap. XXXIII. n. 32. &c. XXXIX. aliu  
 n. 77. Audiamus Cunæum lib. I. cap. 12. ita c<sup>i</sup>s,  
 „loquentem: In quibus salus omnium & Re  
 „summa reipublicæ vertebatur, consulta aut  
 „tum de his plerumque cum populo est, kum  
 „Indicta enim comitia sunt, in quibus solus feri  
 „populus partem aliquem caperet regundæ & c  
 „reipublicæ. - - De rege igitur, deque bel. qui  
 „lo, ut dixi, decreta facta sunt interdum non  
 „auctore populo. Cætera omnia Senatores di  
 „Sanhedrin per se expedivere. Et paulo cata  
 ante de potestate Judicum verba faciens:  
 „Hunc (Iosuam) inquit, pari potestate se stat  
 „cuti sunt, qui præundo, edicendoque na  
 „prætores dici dictatoresque poterant, etsi kud  
 „in sacris annalibus Judices appellantur, ra  
 „tione haud multum diversa. At Flavius rep  
 „, ποναρχας vocavit, quod nomen etiam Syl  
 „,iae, Cinnæ, Marioque & aliis dictatoribus illu  
 Ro-

vitatibus Romanis Græci dedere. Hos judices, in  
 publicam magnis motibus, necessitas creavit; & com-  
 munitas prohibet pertum negotiis atque periculis est, in bel-  
 loco stocratio feliciter illis rem semper processisse, cum  
 regum temeritatem persæpe fortuna desti-  
 us lib. Ituerit. Fuit etiam, cum iidem rebus civi-  
 quidem libus intenti agerent, causasque audirent  
 ut resed graviores. Raro enim pro tribunali  
 pinionis sedebant. Jussus modo, imperiumque, &  
 tiae De summa rei ad eos pertinuit. Hactenus ver-  
 arum &ba Cunæi. Tum de judiciis inferioribus &  
 vid superioribus differens, alia causis privatis,  
 aliud publicis præstuisse, concludit. Ut pau-  
 o. 12. itacis, quod Cunæus sensisse videtur, edicam,  
 nium & Regimen populare seu democraticum fuisse  
 consulta autumat, ita ut summa rerum penes popu-  
 lulo est, dum fuerit, ex cuius voluntate dicasteria in-  
 us solus inferiora & superiora causis privatis audiendis  
 egundæ & decidendis vacaverint, Senatus autem ali-  
 que belquis curam publicarum rerum habuerit, &  
 interdum nonnisi necessitate extrema id efflagitante,  
 enatores dictatoria potestas judicum in subsidium vo-  
 t paulo cata fuerit.

faciens: §. II. Quid Grotio de rebus Israelitarum  
 statuere visum fuerit, præfamen ipsius An-  
 doque naliibus Judicum præmissum loquitur, & il-  
 lant, etsi iud, quod ad Deut. XVII. 9. annotavit. Si  
 tur, ramentem ipsius recte assequor, aliam formam,  
 Flavius republica judicem habente, aliam judge ta-  
 um Sylili non existente, fuisse statuit. Divinitus  
 toribus illum constitutum esse, ad Jud. cap. VIII. 23.

Ro-

B

anno.

annotat, ubi sermonem Gideonis: Dominus dominabitur vobis, ita explicat, *Is vobis principes designabit.* Inter regem divinitus constitutum donisque divinis ideo instratum judicem fuisse Israeliticum, atque eadem potestate pollentem, quam fuerat ille magistratus, qui Tyriis & Carthaginensibus Suffetes dictus est, jam antea ad Deut. XVII. 9. annotaverat, ubi potestate ipsorum per scripta addit: Isti vero apud Hebræos Suffetes plane similes erant Romanis interregibus, ac postea dictatoribus, neque ab Hebræis regibus ulla re differebant, præter quod satellitum & pompam non habebant: ac propterea nec tributa, nec veggalia exigeabant. Cæterum erant, ut Josephus loquitur, ἡγεμόνες, ἀυτοκράτορες. Itaque & reges vocantur, Jud. IX. 6. consti tuerunt Regem Abimelech, id est, δικαστής, Jud. XVIII. 1. mortuo Samsone in diebus illis non erat Rex in Israel: id est, δικαστής. Ac sicut Reges absque Synedrio jus interficiendi habebant, ut docet Talmudicus titulus de Rege, & 2. Sam. I. 15. & loca alia, sic & isti δικαστοί, sive interreges, ut appareret exemplo Gideonis, Jud. VIII. 16. 17. & Jephætæ Jud. XII. 6. Speciosa equidem sunt, quæ memorat, de divina designatione & constitutione nec non de donis divinis propheticis Judicum, adeo ut theocraticum imperium indigitasse videatur

Gro-

Grotius. Sed rem accuratius perpendenti  
obscurum non est. Grotium nihil summi Nu-  
minis directioni attribuisse, sed illimitatam  
qua mdam potestatem judicibus nostris ad-  
scripsisse.

§. 12. Neque vero istud regnum judi-  
cum, perpetuum & constans; quin potius  
iterum iterumque judicibus a summo Nu-  
mine non designatis, tribus Israeliticis, sin-  
gulas cum summo imperio fuisse, & rerum  
summam ipsas administrasse, idem Grotius  
loco præfaminis Annalibus judicum præfixi,  
annotavit. Ipsius, non meis, hac de re lo-  
quar verbis: Itaque ubi tales extra ordi-  
nem viros Deus non excivit, erat dissolu-  
tum reipublicæ corpus, nec quicquam in  
commune agebatur. Tribus singulæ suas,,  
res suo periculo ac commodo agebant, nisi,,  
si quæ ex usu temporum foedus inter se fe „  
cerant. Talis fuit Græciæ status Concilio „  
Achaico, Romanorum artibus dissoluto, &  
Galliæ ante Cæsaris tempora: Germaniæ „  
vero & Britanniæ multo etiam serius. Sy- „  
stema quidem civitatum sapiunt ea, quæ hic  
habet Grotius, sed laxiori fœdere junctum  
visum fuit ipsi, dum Græciæ, Galliæ, Ger-  
maniæ & Britanniæ, antiquis, comparavit  
Judæam in tribus duodecim divisam. Gro-  
tii sententiæ adstipulatur Houtuynius quoad  
illud intervallum temporis, quod inter Jo-  
suam & Othonielem intercessit. Illo enim

B 2

Otho-

Othonielem proxime antecedente tempore, singulas tribus cum summo imperio fuisse dicit, quippe quæ ut territoriis distinctæ fuerunt, ita deficiente principe, commune jus imperii singulis tribubus fuisse distinctum. Quam in rem Grotii verba a nobis jam adscripta adfert & subjungit: sed & ipsa foederis sanctio jus singulis summum probat. In foedere fuisse communis ad opus perficiendum nihil dubito. Sic & judicium commune fuisse. Neque vero hoc insolens, ut plures distinctis territoriis principes summi, judicio communi utantur. Hæc Rechenbergius in allegata dissert. §. 30. refert, & quum supra rectulerimus, Houtuynium statuisse, ab Othoniele postea per judicium seriem, usque ad Saulem, obtinuisse veram & solam monarchiam, in eo ab opinione Grotii plures tales vicissitudines statuentis recedit, alioquin quoad reliqua ipsi plane concors. En opiniones variantes eorum, qui régimen Israelitarum nil nisi humanum existimaverunt, theocratici imperii plane immemores.

§. 13. Restat ut sententias illorum recentemus, qui divinum imperium in rebus iudaicis viderunt, imo omnes imperii partes soli Deo vindicavere, interreges judaicos & populum omni privantes regimine. Deum intermediis sacerdotibus regnum Israeliticum rexisse, Hobbesius auctor est, qui idcirco *regnum sacerdotale*, vel *sacerdotium regale* for-

formam reipublicæ nostræ, appellandam esse  
 ex dicto i. Petr. II. 9. evincere conatur de  
 Cive cap. XVI. §. 14: Post mortem, inquit,,  
 §. 15; Iosuæ, sequuntur tempora judicum,,  
 usque ad Saulem regem, in quibus manife-,,  
 stum est, jus regni a Deo instituti mansisse,,  
 apud Sacerdotem. Erat enim *regnum* ex pa-,,  
 cto *sacerdotale*, id est, regnum Dei per sa-,,  
 cerdotem, atque tale esse debuit, usque,,  
 dum forma illa a populo ipso, consentien-,,  
 te Deo, mutaretur: id quod non est fa-,,  
 ctum, antequam potentibus regem consen-,,  
 sisset Deus, dixissetque Samueli: Audi po-,,  
 pulum in omnibus, quæ loquuntur tibi:,,  
 non enim te, sed me abjecerunt, ne re-,,  
 gnem super istos. i. Sam. VIII.7. Potestas,,  
 itaque civilis summa debebatur *jure*, ex in-,,  
 stitutione Dei, Sacerdoti summo. *Facto*,  
 autem potestas in Prophetis erat, quibus,,  
 a Deo extraordinarie suscitatis, Israelitæ,,  
 (gens Prophetarum avida) propter existi-,,  
 mationem prophetiæ protegendos se & ju-,,  
 dicandos subjecerunt. Tunc pergit pro-,,  
 bare Hobbesius, Deum ab initio sacerdoti  
 vicariam potestatem suo nomine imperandi  
 destinasse, ideoque jus regnandi semper pe-,,  
 nes sacerdotes mansisse, quamvis facto se-  
 cūs fuerit: Siquidem igitur jus regni spe-,,  
 cetur, (pergit sub finem dicti si Hobbe-  
 sius) simul erat *summum imperium civile* &  
*verbum Dei interpretandi auctoritas*, in sacer-,,  
 dote,

„dote, si vero factum consideres, simul e-  
 „, rant in Prophetis, qui Israelitas judicabant.  
 „Nam, ut *Judices*, auctoritatem habebant  
 „civilem; ut *Prophetæ* interpretabantur ver-  
 „, bum Dei; atque ita omni modo huc usque  
 „duæ illæ potestates inseparabiles exstitere.  
 Interim tamen, quæ Hobbesius arbitrio pri-  
 vato civium concessa censuerit eodem patet  
 §o: Institutione Regni Dei sacerdotalis ait,  
 et si poenæ statutæ fuerunt, & magistratus,  
 quo judicarent; jus tamen poenas sumendi  
 dependebat ab arbitrio privato. Et penes  
 dissolutam multitudinem & singulos erat,  
 punire vel non punire, prout a privato ze-  
 lo excitarentur.

§. 14. Agmen hic claudant, qui formam  
 theocraticam defendantes, hominum, judi-  
 cisve populive arbitrio, aut nihil aut parum  
 reliquerunt. Inter illos ex professo maxi-  
 me ea de re disputatione Witsius, Spence-  
 rus, Rechenbergius, & qui ob eximia in-  
 rem politicam merita, primo nominandus  
 fuerat Hermannus Comringius aviaæ meæ pa-  
 ter, excellent. Witsium & Spencerum mis-  
 sos jam faciam, & de Rechenbergio & Con-  
 ringio dicam. Illius verba, ut quid senser-  
 it, eo clarius constet, adscribam ex allega-  
 tione dissertationis §. 34. Ut ergo, ait, in com-  
 pendium dicenda hic redigamus; formam  
 regiminis judicum tempore, fuisse theo-  
 craticam magis arbitramur, quam monar-  
 chiam

chiam civilem; ita ut nulla ab Aristotele,,  
descripta reip. forma recta aut irregularis,,  
hic applicari queat. Deo enim summa ju-,,  
ra imperi reservata sunt, ut regi alias sum-,,  
mo Civili. Quia ille ad Saulis tempora,,  
aut coelesti aliquo indicio, aut immediato,,  
spiritus sui impulsu, aut factis humanam ,  
spem excedentibus monstravit, quos du-,,  
ces aut vicarios populi sui vellet: Fœdera,,  
nulla cum gentibus vicinis ineunda, nisi li-,,  
centiam prius a Domino impetrassent. Jof.,  
IX. 14. 16. Bella absque Dei consilio fuscipe-,,  
re non licebat Jud. XX. 18. 28. leges novas,,  
fanciendi potestas judicibus non permissa. ,  
Summum judicium rerum apud *Deum* erat.,  
Etsi quando defuit judex a Deo excitatus,,  
populi tribuumque seniores, juxta legum,,  
divinarum præscriptam normam, aut ora-,,  
cula & responsa Dei per sacerdotem sum-,,  
mum edita, jus dixisse vero utique simile,,  
est. Ex dictis constat Rechenbergium, &  
judices gentem Israeliticam ab omni arbitrio  
circa administrationem regiminis exclusisse.

§. 15. Supereft, ut de Conringii sententia  
ex Dissert. de Politia sive republica Hebræo-  
rum clausulas concernentes apponamus. Post-  
eaquam Vir doctissimus de partibus singulis  
regiminis multa differuerat, tunc tandem  
formam regiminis descripturus §§. XL. XLI.  
& XLII. ita ait: Nunc porro super hacte-,,  
nus dicta reflectamus paululum mentem,,

& quæ forma regiminis in gente Hebræa, Deu  
 sub Mose, Josua & Judiciis obtinuerit, con-  
 sideremus. Plerique existimant formam  
 reip. Hebræorum fuisse Aristocraticam ante  
 Reges, Petrus nimirum Galatinus, Caro-  
 lus Sigonius, Angelus Caninius, Joachi-  
 mus Stephani, Calvinus, Martyr, Daneus,  
 quos Henningus Arniseus Select. Polit.  
 lib. II. c. 4. S. 5. allegat. -- Quo tempore  
 dicit Sigonius regnum fuisse rempublicam  
 Hebræorum, de eo nos nihil dubitamus.  
 Quod autem de Aristocracia dicit, id du-  
 bium videtur haud parum esse. Primum  
 nulla ex formis Rerum publicarum, quas  
 Aristoteles nobis descripsit, Reip. Hebræo-  
 rum, quæ ante reges fuit, satis convenire  
 deprehenditur. Omnes illæ formæ tales sunt,  
 ut τὸ Κύειον sive summa potestas rerum a-  
 gendarum fuerit penes homines. At in  
 Hebræorum republica τὸ Κύειον diu mansit  
 penes ipsum Deum. Apparet id ipsum ex  
 Majestatis juribus, quæ majora vocant, le-  
 gum sanctione, magistratum institutione,  
 bellorum inductione, quæ Deus sibi serva-  
 rat.

§. 16. Pergit Conringius: Si nunc igitur  
 id attendere velis, quod unus summam  
 potestatem in Republica Hebræorum ab-  
 initio obtinuit, Monarchiam illam rempu-  
 blicam possis dicere. At vero si id potius  
 velis attendere, quod is unus fuit ipse  
 Deus,

Deus, non homo, abstinentum ab ipso,  
 vocabulo fuerit: fingendum autem aliud,  
 quod inusitatæ huic formæ tribuas. Et,  
 finxit jam olim Josephus, quod haud male,  
 illi tribuas, vocabulum. Appellat Jose-  
 phus rempublicam Hebræorum novo vo-  
 cabulo Θεοκρατίαν. Hoc illud est, quo in-  
 usitatam formam reip. in qua Deus sum-  
 mam potestatem obtinet, exprimere haud,  
 incommodè possis. Et apparet, Josephum,  
 hic loqui voluisse ἀνεβέσθε, quodammo-  
 do in libris contra Appionem omnino solet.

§. 17. Nos nostri præcepti memores prius-  
 quam de forma regiminis statuamus, de singu-  
 lis partibus imperii, qua ratione administratæ  
 legantur, videbimus. Et quoniam neque ipse  
 Conringius negat, aliqualem summam pote-  
 statem imperii Israelitici penes homines  
 fuisse, vid. Diff. cit. §. 48. 49. nos distincte  
 procedemus, & quæ Deus ceu summus rex  
 sibi reservaverit, quæ hominum arbitrio re-  
 liquerit, contemplabimur: quod ultimum  
 ab iis, qui theocratiam nuncuparunt rempu-  
 blicam judaicam, intermissum esse deprehen-  
 dimus. Quemadmodum igitur summa po-  
 testas non tantum indefendenda & tuenda  
 republica contra injurias externas, verum  
 etiam in regendis civibus sita est, & ad illam  
 jus belli & pacis, fœderum & legationum  
 pertinet, hæc vero legibus condendis & ma-  
 gistratu constituendo occupata est; imo &  
 curam

B

S

curam sacrorum exercet; ita de singulis hisce  
negotiis imperantium Israeliticorum quid in  
**Annalibus Judicum** proditum sit memoriae,  
considerandum est. Considerabimus autem  
separatim ea, quæ jussu summi Numinis, tam-  
quam regis, & ea, quæ proprio arbitrio  
Israelitarum gesta sunt. Eam enim inter  
theocratiam & humana imperia statuimus  
differentiam, ut Deus, licet in rebus publi-  
cis ordinariis occulte dirigat animos impe-  
rantium, attamen externe regimen plene  
committat hominibus, & licentiam potesta-  
te abutendi permittat, in theocracia autem  
maximam partem imperii sanctissime & ju-  
stissime administrandi sibi reservaverit. Ideo-  
que, si constabit, Deum in quibusdam im-  
perii partibus interdum licentiam externam  
pro lubitu agendi, populo permisisse, tunc  
fane nostræ opinionis, qua theocratiæ non  
nihil humani imperii admixtum statuimus,  
veritas quam liquidissime constabit.

§. 18. Ad seriem autem rerum gestarum  
eo melius intelligendam, distinguenda cen-  
seos esse tempora illa, quibus populus pro-  
rege illo divino sive dictatore (**Judicem in-**  
**telligo**) destitutus fuit, ab iis temporibus, u-  
bi laudati proreges a summo Numine admi-  
nistrationi reipublicæ præfecti fasces tenu-  
re. Atque ideo de Chronologia annalium  
**Judicum**, quantum ad tractationem nostram  
pertinet, pauca ante enarrationem ipsam,  
elcen-

dice  
vaga  
mi e  
veri  
Jose  
serv  
sim  
duc  
adsc  
ann  
su l  
tem  
qua  
Cal  
na  
mn  
qua  
qui  
vag  
&  
sti  
fed  
qua  
di  
no

sic  
O

s hisce dicenda sunt. Neque tamen extra oleas  
 quid in vagantes justo longiores, sed quam brevissi-  
 moriae, mi erimus, quam dissentientium sententiam  
 autem veriorem existimemus, paucis indicantes.  
 Josephinam chronologiam, ubi tempora  
 servitutum a temporibus judicatum seor-  
 sim numerantur, idcirco haud sequendam  
 duco, quoniam calculus annorum ad 628 ita  
 adscendens, celebrem illum numerum 480  
 annorum i. Reg. VI. i. memoratum ab eges-  
 su Israelitarum è terra Ægypti usque ad  
 tempus cœpti ædificii templi Salomonici,  
 quam longissime superat. Eusebiana, quæ  
 Calovio dicitur, chronologia licet Josephi-  
 na illa verisimilior attamen eam ob rem o-  
 mnibus numeris absoluta mihi non videtur,  
 quandoquidem tali modo trina tempora  
 quietis Josuanæ, regiminis seniorum, & a-  
 væxias popularis, a Josepho ita appellatae,  
 & servitutem Moabiticam præcedentis, di-  
 stingui, & a se invicem secerni nequeunt;  
 sed placet mihi Chronotaxis illa Usseriana,  
 quam Calovius in præloquio ad Annales Ju-  
 dicum ex ipso recenset. Hic numerum an-  
 norum ita init, ut

- 1) a quiete Josuanæ ad Cusanis oppres-  
sionem annos - - - - 32.
- 2) & inde ad liberationem & quietem sub  
Othoniele reddi cæptam, - - - - 8.  
& postea
- 3) ab illo tempore usque ad servitutem  
&

& oppressionem Moabiticam annos . . . 62ibi v  
 4) Oppressionis annos - - - 18cam.  
 & sic porro numeret, chronotaxeos hujus ratus C  
 tionem in eo fundans, quod vox hebraea in ob  
 quievit, ita quiescere coepit, interpretanda consi  
 sit, non secus ac alias genuit, progignere nam  
 coepit, ædificavit pro ædificare coepit, lega-spon  
 tur, adeo, ut tempus quietis non de dura-bellu  
 tione, sed de initio accipiendum & intelli-dere  
 gendum sit. Et ut tandem id, cuius gratia ferer  
 chronologiæ Usserianæ subscribo, comme-die a  
 morem, tempus illud intermedium 32 an-ne,  
 norum inter quietem Josuanam & servitu  
 tem Moabiticam ita dividendum reor, ut 10. circa  
 annos ad regimen Josuae, ab illa quiete ter  
 ræ sub Josua stabilitæ usque ad obitum ipsius  
 referendos, 8. annos gubernationi senio  
 rum αναγέχειαν antecedenti, & 14. huic popu  
 lari imperio attribuendos, adsupplendum  
 autem numerum 18 annorum, quos Josephus  
 τὴν αναγέχειαν adsignavit, servituti Moabiticæ  
 demendos 4. annos cum Calovio judicem,  
 quum valde credibile sit Moabitas turbulen  
 tiissimo reip. Israeliticæ statu ad subjugandos  
 Israelitas abusos esse.

§. 19. Sed satis de computatione anno  
 rum, quantum ad scopum meum præsen  
 tem pertinet, præmonitum puto. Ad ipsam  
 rerum actarum enarrationem jam accedam,  
 & quoniam octennium gubernationis senio  
 rum a Josepho laudatum hic primum locum  
 sibi

62 sibi vindicat, idcirco de hoc ante omnia dī-  
 18gam. Mortuo Josua, quum bellum adver-  
 tūs rāsus Chananæos, qui omnem victoriæ spem  
 hebræin obitu Josuæ reponebant, gerendum esset,  
 etanda consultus Pontifex de voluntate Dei, cujus-  
 signeret ham foret imperium in bello Chananæo, re-  
 lega spondit, jubere Deum ut Judæ tribus dūctū  
 e dura bellum gererent. Jud. I. 1. 2. Tunc Juda fœ-  
 intelli-dere cum Simonide de bello Chananæis in-  
 gratia ferendo iecto, quod offensivum fœdus ho-  
 pimme-die appellatur, summoque auxiliante Numi-  
 32 an-ne, (licet de specialioribus præceptis divinis  
 servitu-circa modum bellum suscipiendi annales ta-  
 ut 10. ceant) victor evadens pro tribu Benjamin,  
 te ter-cujus copia procul dubio adfuerant, Hiero-  
 ipsius solyma Jud. I. 8. pro tribu Simeonis autem  
 senio-Hormam, pro seque Gazam, Asklon &  
 popu-Ekron, nec non loca montana occupavit  
 ndum Bello hoc tribubus duabus implicitis cæteras  
 Ephesus tribus pacem coluisse æque credibile est,  
 biticæ quam cum non ita multo post vel circa ea-  
 dicem, dem tempora Ephræmi Bethel diu frustra  
 oulen- obsessum proditionis ope occuparent, au-  
 andos xilium quidem ferente, sed nihil speciale præ-  
 anno- cipiente Deo optimo Maximo. Atque hoc  
 æsen- eo tempore, quo seniorum regimen a Jo-  
 ipsam-sepho laudatur, accidisse annales nos dubi-  
 redam, tare non sinunt.

§. 20. Quod ad pacis & fœderum jus hoc  
 ævo usurpatum attinet, singulæ tribus & pa-  
 cem & fœdera, eaque non interrogato era-  
 culō

culo divino, immo indignante Deo, pepi-  
 gere cum Chananaeis. Refert enim Anna-  
 lium autor c. I. quod tribus Benjamin, Ma-  
 nasse, Ephraim, Sebulon & Naphtali anti-  
 quas gentes e medio haud sustulerint, sed  
 pace pacta, subditos & tributarios sibi red-  
 diderint. Et ne putas subditos illos tributa-  
 rios universæ reipublicæ Judaicæ paruisse, en-  
 singulæ nominantur tribus, quæ singulis po-  
 pulis Chananaeis imperitaverint, non secus  
 ac plurimos pagorum Helveticorum singu-  
 los suis dominari subditis hoc nostro tempo-  
 re videmus. Discimus exinde rempublicam  
 tum temporis non unam fuisse, sed duode-  
 cim civitates complexam, si scilicet ea civi-  
 tas jure suo dicitur, quæ jus belli & pacis,  
 nec non foederum exercet, & præter cives  
 subditis alienis jura reddit. Jam porro con-  
 cludimus, singulas tribus, quando de rebus  
 commodum proprium tangentibus consu-  
 lendum fuit, comitia instituisse propria, &  
 ubi utilitas plurium tribuum consultationem  
 publicam efflagitavit, majora imo & univer-  
 salia convocasse. Ne autem putemus, fo-  
 dera illa mandatis divinis adversa Deo pla-  
 cuisse, indignatio divina ex c. II. 2. annotan-  
 da est, quæ etiam de exercitio theocratiæ  
 nos certiores reddit. Alia tamen foedera  
 jussis divinis haud contraria, de quibus qui-  
 dem nullum in sacris annalibus vestigium,  
 Deo non displicuisse, credo.

§. 21.

§. 21. De jure sacrorum & legum ita statuendum videtur, quod populus sacrorum & jurium a Deo O. M. conditorum cultor exactissimus extiterit, nec quicquam in illis temerario ausu immutaverit, quum omnis immutatio a Mose diris execrationibus esset prohibita. Litium & causarum privatarum judices a singulis tribubus suos electos, quis in dubium vocaret, quum Deus electionem magistratum in Palæstina creandorum, populo expressis concesserit verbis Deut. XVI.

18. Judices, inquiens, & moderatores, constituto tibi in singulis portis tuis, quas Jehova Deus tuus dat tibi per tribus tuas, qui judicent populum judicio justo. Inteligere enim hinc est, cum in singulis urbis fuisse judices institutos, tum populo jus datum eos sibi eligendi ex suo numero, tantum habita indubie ratione prudentiae & iustitiae. Non minus illud summum causarum arduarum dicasterium, quod stabiliri Moses præcepit Deut. XVII. §. 9. 10. 11. 12. hac epocha floruisse, credendum esse reor, si regimen seniorum recte ab autore annalium biblicorum & Josepho laudatur.

§. 22. Laudatissimam hanc periodum statum illum turbulentissimum insecumum esse, qui in annalibus bibliis cap XVII—XXI. describitur, & a Josepho *αιραχία* dicitur, & Josephus ex traditione refert, & constans jam inter omnes est opinio. In initium hu-

jus

ius periodi incidisse illud tempus videtur, quo Danitis sortem suam jam pridem adsignatam occupantibus, Micha cultui idololatrico ansam dedisse legitur cap. XVII. & XVIII. quominus enim ad periodum præcedentem referatur, laudes ejusdem jam jam memoratae obstant. Evanuit itaque cultus purissimus a Deo præscriptus, in ejusque locum Tribus Danitarum, indignante licet, ast tamen quoad externum effectum permittente summo Numine, jus sacrorum usurpare incepit, universa disciplina magis magisque in pejus ruente quotidie.

§. 23. Judicia quidem inferiora non plane cessasse credendum est, quum sceleratissimi rebelles imo & latrones judicibus suis haud carere soleant. Judices tamen Benjaminicos Sparta sua male functos, omne exuisse juris & æqui studium, nefandum illud scelus mulieris libidine violentissima enecatae fatis superque demonstrat. Neque vero tribunal illud supremum causarum arduarum cognitioni & decisioni præfectum, tunc consultum esse apparet ex sacris annalibus, tametsi Josephus, Senatum primum impetum e vestigio bellum contra Benjamitas decernentium cohibusse, & non ita temere cognatis bellum inferendum, priusquam verbis agerent de criminibus, suassisce referat. Comitiis potius indictis, undecim tribuum deputati ad tribum Benjamin legatos, qui

sontes

sontes ad poenam depositerent, miserunt, & Benjamitis exhibitionem delinquentium tamquam juri *avengarias*, civitati ipsorum competentis, adversariam detrectantibus, de bello suscipiendo decreverunt.

§. 24. Benjamitæ se æquali jure poenarum in cives tribus suæ, ac coeteræ tribus in suos utantur, vi *avengarias* gaudere & hoc supremæ potestatis jus, si mandatis reliquarum tribuum sibi æqualium & exhibitionem rerum jubentium parendum foret, non parum deminutum iri rati, ad conservandum jus *avengarias* necessarium putarunt, neque exhibere fontes, quod excusandum fuisset, neque, quod majus, poenis promeritis adficere, atque ita *jus ad gratiandi* exercere. Verum enim vero, quum scelus non ad solos tribus Benjamiticæ cives pertineret, nec ita, ut modo loquendi nunc usitato utar, res domestica Benjamiticæ tribus esset, quo casu cæteras tribus ab omni cognitione abstinere decebat & oportebat omnino, sed alterius tribus, scilicet Ephraëmiticæ, hominem violasset, imo & jus gentium nimirum securitatem publicam horrendo modo læsisset, existimarunt undecim tribus, licere sibi ita contra Benjamitas agere jure gentium, non securus ac doctissimus Huberus lib. I. Sect. III. cap. 3. §. 27. 28. talia fas esse docet: si constet, eos, qui præsunt civitati, nolle in suos, qui contra fædus deliquerunt (& quid,

C

magis

magis contra fœdus est, quam sociæ civitatis homines impune lædere?) animadverte, imo illos recipere in publicam protectionem. Tunc enim socios habere jus, ejusmodi maleficos capere & damnatos punire, non quidem imperii, sed magis jure belli dicendum videtur, si manifestum sit delictum, & contra fœdus admissum.

§. 25. Ad arma igitur ventum est. Tunc demum divinum oraculum non de justitia belli, ast de modo interrogatum, respondisse legitur tribum Judæ, belli ducem fore, cap. XX. 18. qui honor tribui huic jam ante obvenerat, uti supra relatum est. Placuit nimirum Deo undecim tribuum consensus vindicandi justitiam legum suarum, atque ideo, ut decreta a Comitiis vindicta publica executioni mandetur, autor exstitit. Dubium poterat poenæ genus in hoc facinore videri, quandoquidem poena adulterii, criminis in uxorem legitimam commissi, & poena stupri violenti virgini illati, imo & poena homicidii, ad coitum hoc violentum, cum concubina eaque fidem transgressa habitum, & ad mortem exinde securam stricto jure applicari non poterat, atque ita ex praescripto Deut. XVII. 8—12. vel summus sacerdos, vel confessus Levitarum, in hac causa difficiliori adeundus, & de jure dicundo interrogandus & consulendus fuerat. Sed Deus in favorem subditorum poenas justissimas

mas anhælantium de jure suo remisisse & jus aliquod circa poenas extraordinarium indulsisse videtur, claro indicio, ipsum theocratiam suam cum libertate aliqua subditis concessa, exercuisse. Qua fortuna bellum Benjamiticum gestum sit cap. XX. a versiculo 19. usque ad finem pluribus narrat, & sexcentos saltem Benjamitas residuos mansisse vs. 47. refert annalium sacrorum autor.

§. 26. Vix bellum cruentissimum morsa omnium hostium finierat, quum undecim tribuum Viri cognatas clades easque dirissimas, & extirpationem unius tribus dolerent, imo flerent, vid. c. XXI. quamquam res facta infecta fieri nequiret. Supererant modo sexcenti illi viri, iisque innupti, nec multiplicatio speranda erat, cunctis foeminis tam conjugatis quam puellis igni ferroque (horrendum dictu) trucidatis. Accedebat temerarii jurisjurandi superstitionis religio, quandoquidem immani crudelitate instincti XI. tribuum homines, diris execrationibus se obstrinxerant & devoverant, ne ullus filiam suam tribus Benjamiticæ viro elocaret. Illi ergo ex bello reduces comitiis celebratis de redintegrando circulo tribus Benjamiticæ, (liceat vocabulo apud nos jam non infrequenti uti) deliberationem instituerunt. Temerarium, imo fere illicitum jusjurandum, uti nullum, ita servandum quidem non erat, sed superstitionis id consilii dedit,

civita-  
verte-  
prote-  
re jus,  
nnatos  
magis  
festum  
um.  
Tunc  
ustitia  
espon-  
n fore,  
am an-  
Pla-  
nsen-  
atque  
publica  
Du-  
einore  
i, cri-  
& pœ-  
pœna  
cum  
itum,  
o jure  
æscri-  
sacer-  
causa  
do in-  
Sed  
ustissi-  
mas

dedit, ut rapi filias mallent, & crimen raptus fieri permitterent, ne contra juramenti religionem eas lubentes in matrimonium dedisse viderentur. Itaque sexcenti illi ex speluncis, quibus sese abdiderant, revocati sunt, & pax conciliata. Quadringenti eorum virgines Jabiticas, quæ cæsis viris, & pueris & mulieribus reliquis jussu Comitiorum servatæ fuerunt, conjuges acceperunt, coeteris ducentis, uti modo dictum, rapere uxores concessum. Quæ omnia, id quod silentio prætereundum non est, proprio comitiorum arbitrio, absque Numinis sanctissimi ea non indignantis autoritate, conclusa & expedita esse, legere est sub finem sacrorum annalium. Sola idololatria Deum iratum reddidit.

*s. 27.* Civilia illa bella vicinis hostibus occasionem præbuere maxime oportunam armis invadendi Israelitas, quos terras istas occupasse jam multos annos doluerant. Res facilis fuisset summo Deo gentem suam ab injuriis exterorum sartam tectam conservare, nisi cultum idololatricum exosus & indignatus, illis ipsis hostibus usus fuisset ad coercendam suorum licentiam. Non rara quidem apud Prophetas leguntur vaticinia contra impios reges & populos alios prædicta, quæ eventu destituta esse religio dicere prohibet, ut ita videatur gens Israelitica non non majori curæ fuisse Deo præ cæteris. Sed ista vaticinia de directione interna in-

tel-

telligenda sunt, quam in cunctis rebus publicis intercedere insensibiliter providentia divina dubitare non sinit. Ast apud Israelitas multa perpetrata esse autore Deo, quæ specialem iussionem divinam pro fundamento habuerint, ex sacris annalibus sole, quod adjunt, meridiano clarius eluet.

§. 28. Primo ad castiganda & punienda suorum flagitia usus Deus est Mesopotamias rege Cusan Risathaim, cui per octennium eos servire permisit. Sed quum tributis operati ad meliorem rediissent mentem & supplices ad Regem cœlorum & suum preces funderent, Othoniel divinitus instinctus, jugo excusso, ab hostium insultibus liberavit populum, & quies subsecuta incommoda servitutis præcedentis resarcivit quam plenissime, quæ quies non quadraginta annos durasse, sed quadragesimo anno cœpisse ab Usserio dicitur. Quod interim ad durationem istius quietis attinet, Calvius præente Usserio spatium sexaginta & duorum annorum ei, & secutæ oppressioni Moabiticæ octodecim adsignat, ut numerus octoginta annorum, quos inter judicatus Othonielis & Ehudis intercessisse Usserius autor est, compleatur. Othonielem redditâ pace sexaginta duos annos adhuc vixisse & rem publicam administrasse, vix credibile est.

§. 29. Dicendum igitur, defuncto Othoniele,

niele, rempublicam iterum prisco jure gubernatam esse, nimirum ut tribus singulæ suas res suo périculo agerent, Etenim officia illa & auxilia Judicum extraordinaria suis fe Grotius in præloquio ad Annales, jam ante a me laudato, statuit: Ubi tales, inquiens, extra ordinem viros Deus non excepit, erat dissolutum reip. corpus, nec quicquam in commune agebatur, atque idem, ne Grotii opinio suspecta videatur, cap. II. 16. 17. 18. 19. perhibetur. Tunc iterum, spredo Maximi Numinis cultu, ad idolatriam Israelitæ proni ferebantur, crimenque a Moabitarum rege oppressi luerunt. Pœnitentibus & ad meliora reversis Deus, misericordia motus, belli ducem & libertatis vindicem Ehudem misit principem, Cap. III. 15. Ille dono propheticō cunctis judicibus familiari instructus periculum extremum, Eglonem occisurus, subiit, & perpetrata cæde ad suos redux: Deus, inquit, Moabitas vincendos vobis tradidit, vs. 27. & 28. manifestissime indicans, non humanis sed divinis auspiciis bellum hoc tam feliciter geri.

§. 30. Victoriam præclarissimam, (sequemur iterum chronologiam Usserianam) quies vicennialis & æque diurna oppressio regis Jabinis excepere, usque dum ab Debora, foemina & judicis & vatis vices sustinente, nec non Baraco belli duce, divinitus missis, pax que quiesque restituta fuit anno post Ehudis victo-

victoriā quadragesimo. An laudatus Ehud per totum vicennale spatiū oppressionem Jabis antecedens vixerit & munia Judicis obiverit, de eo nihil certi adseram, id tamen extra dubitationis aleam positum est, clapsō eo tempore Israelitas in *avæxjor* illam prius recidisse, antequam, volente Deo, in manus hostium inciderent. Similiter non examinabo, an Debora triginta tres annos, qui subjugationē Midianiticam septennalem antecesserunt, superstes fuerit, an vero interea temporis & per quot annos respublika pristinam formam sustinuerit. Id in præsentiarum dixisse sufficiat, bellum divinis auspicis suscepit & ad finem perductum, quandoquidem Deum, quibus copiis utendum c. IV. 6. & quo die præliandum esset vs. 14. præcepisse, imo gloriam victoriae non bellum duci, sed sibi, fœminæ imbecillis opera usuro, attribuisse vs. 9. annales referunt.

S. 31. In omnibus porro bellis, ducibus Gideone & Jeptah, nec non Eli & Samuele templicam tractantibus, gestis, quantum modaramini divino attribuendum sit, Jud. c. VII. 4. 5. cap. XI. 29. 32. ut & I. Sam. cap. IV. V. VI. VII. legitur, ut labore plura hanc item allegandi supersedere queam. Sed quid? num nullæ populi circa bellum partes fuere? ego sentio, quod fuerint. Quum enim Gileaditas ab Ammonitis bello premerentur iniquo, hi propulsandorum hostium consiliū

lium ceperunt, eumque in finem seniores ad Jephtham, qui eum belli ducem rogarent, & ad sese reducerent, ablegarunt, & reductum pacto cum ipso inito, belli & pacis arbitrum sibi præfecerunt Jud. XI. 5 — II.

§. 32. Cave tamen putes, nil quidquam a ducum nominatorum dependisse arbitrio. Etiam si enim Gideon a Deo O. M. mandatum acceperat, quis copiis ex omni numero ad proeliandum uteretur C. VII. 4. 5. cœtera tamen arbitrio & prudentiae Gideonis relicta esse ex eo judico, quandoquidem & insidias illas, de quibus versiculi 16. 17. & severissima animadversio in irratores illos, Suctochi incolas, cap. VIII. 16. Summi Numinis iussione speciali destitutæ leguntur. Ita enim in bellis quibuscumque aliis usu venit, ut imperantes, quorum auspiciis bella geruntur, multa dexteritati & solertia ducum committant expedienda, quum ipsorum absentia horumque experientia ita suadeant.

§. 33. Tandem vero & hoc considerationem meretur, quod cuncta hæc bella non in usum omnium tribuum, verum modo in hujus, modo in illius tribus commodum suscepta fuerint. Licet autem Debora totius Israelis liberationem in carmine suo Cap. V. laudare videatur. Dubium tamen hoc evanescit consideranti, tum in quocumque sermone, tum maxime ligato, totum pro parte dici quam særissime. Nam quæ pugna a Bara-

Baraco pugnata legitur, ejus victoriā solis  
 tribubus Naphtali & Sebulon & Iaschar mi-  
 litantibus quantum nempe in fortitudine hu-  
 mana fuit, Debora in carmine triumphali  
 C. V. 15. 18. addicit, aliarum tribuum scilicet  
 Rubenitarum, Gileaditarum, Danitarum &  
 Afferitarum desidiam vituperans & accusans;  
 imo tribus Judæorum, apud quos Keniten-  
 ses teste Josepho sedem fixerant, nullas par-  
 tes in eo certamine habuisse certum est, si-  
 quidem vix credi potest, clientes Judaicæ  
 tribus Kenitenes amicitiam cum hostibus  
 patronorum coluisse jure clientelæ illæso, &  
 illibato. Postea quum Midianitarum armis  
 invaderentur Israelitæ, quibus tribum Judæ  
 præ cæteris oppressam esse, ex eo, quod ra-  
 pinæ usque ad Gazam urbem in finibus ter-  
 ritorii Judaici sitam penetrasse dicantur Cap.  
 VI. 4. ego conjecturo; tunc Gideon, qui  
 se ipsum Manasseadēm vs. 15. appellat, a Jo-  
 sepho Ephraemita perperam nominatus, præ-  
 ter tribus patriæ Manasses homines, dele-  
 stum tribuum Sebulon, Naphtali & Affer  
 convocavit, & armis captis, profligatoque  
 hoste, cognatam tribum Judæ, tyrannidi  
 Midianitarum ereptam, in pristinam liber-  
 tam vindicavit, Ephraemitis non nisi in  
 subsidium adesse jussis, qui id tam ægre tu-  
 lerunt, ut res ad bellum civile spectaret, ni-  
 si blando sermone Gideon infensos placasset  
 animos. Similem ad modum Jephtha non

pro universa republica Judaica , sed solum  
pro Gileaditis suis (non solum tribum Gadi-  
tarum , ut vulgo putatur ex mente Josephi,  
sed tribus illas cisjordanas , nempe Rubeni-  
ticam , Gaditicam , dimidiam tribum Manas-  
seacam regionem Gilead vocatam ex Jud.  
**XXI.** concilio) se arma cepisse ipse cap. **XII.**  
**2.** fassus est , atque Ephraëmitas castra sua se-  
qui jussos , ast non secutos , idcirco objurgá-  
vit vs. **2.** **3.** nec insolentiam eorum eodem  
animo , quo Gideon antea tulit.

§. 34. Ex acerbavit hæc objurgatio Ephraë-  
mitarum seditiosos animos , ut civile bellum  
oreretur , & Ephraëmitæ arma Gileatitis in-  
ferrent & manus cum illis consererent . Quo  
tamen prælio inferiores , clade durissima ac-  
cepta , pœnas temeritate & iniquitate di-  
gnas luerunt , Cap. XII. 4. 5. 6. Anteriori-  
bus temporibus respublika Israelitarum eodem  
civilium armorum infortunio afflita ,  
Abimlechi perpesta fuerat tyrannidem cap.  
**IX.** ut adeo dicendum sit , quod res est ,  
Deum benignissimum , reservata sibi summa  
gubernatione , Judicum ipsorum arbitrio qua-  
dam indulsisse , atque ideo Jephtham de con-  
flictu cum Ephraëmitis oraculum divinum  
non consuluisse , sed proprio Marte statuisse .

§. 35. Quum arbitrium belli maximam  
partem Summum Numen sibi reservasse ex  
ante dictis liquidum sit , prona consequentia  
inde fluit , maximum & supremum pacis ar-  
bitrium

solum  
Gadi-  
osephi,  
uben-  
Manas-  
x Jud.  
p. XII.  
sua se-  
pjurga-  
eodem  
phraë-  
bellum  
itis in-  
t. Quo  
ma ac-  
ate di-  
eriori-  
m co-  
dficta,  
n cap.  
es est,  
summa  
o quæ-  
e con-  
vinum  
tuisse.  
ximam  
sse ex  
uentia  
cis ar-  
trium  
bitrium penes eundem Deum remansisse.  
EA enim jurium circa bellum & pacem solet  
esse ratio, ut nexu arctissimo conjuncta &  
penes eos, qui imperio præsunt, inseparabili-  
ter sint, neque uni belli, alteri pacis arbit-  
rium committatur. Interim, quemadmo-  
dum Deum quasdam belli partes dispositioni  
hominum commisisse supra vidimus, eum in  
modum Jephtha, quantum ex Annalibus  
constat, inexpectata divina jussione, lega-  
tos ad Ammonitas misit iterumque misit, &  
de pace ad evitanda belli incommoda, cum  
iis egit. cap. XI. 12. 13. 14. Quid quod & tri-  
bus istas, quas conjunctis viribus hostes pro-  
pulsasse supra memoravimus, mutuo fœdere  
pacto, ita coiisse, omnino dicendum reor,  
quum conjunctio talis absque fœdere conci-  
pi nequeat.

§. 36. Jurisdic<sup>t</sup>io & magistratum inferio-  
rum constitutio ita absque dubio comparata  
fuit, ut ii ex præscripto divino supra a no-  
bis allato, a singulis civitatibus eligerentur.  
Siquidem enim Josua ad clavum reipublicæ  
sedente, & quod credere fas est, electionem  
in utilitatem publicam dirigente, ea electio  
populo concessa fuit, idcirco successores ejus  
ampliori potestate haud donatos populum  
electionis jure privasse credendum non est,  
& quem latet, quantæ turbæ exinde ortæ  
sunt; quod filii Samuelis, pro autoritate, qua  
ollebat pater, constituti, non vero populi  
suffra-

suffragiis electi, munere judicario ex mente diu  
plebis haud fungerentur. Hi itaque magi- stat  
stratus, piis præsertim Judicibus supremis ab  
rerum summam moderantibus, leges Mosai- insta  
cas in decisione causarum quod observave- sis  
rint, non dubito, quippe quibus tam arro- qui  
gatio quam derogatio dirissimis execrationi- ctu  
bus vetitæ fuerant. Ipsi autem supremi Eli  
Judices, qui vocati sunt, ex eodem divino filii  
mandato de causis arduis ad se se delatis con- fac  
sulti, & divino numine edocti, responsa de- divi  
derunt justissima, nec ad Pontificum sen- ide  
tentias adstricti fuerunt, nec ad collegii Le- Jud  
vitici oraculum, alternativa namque est lo- vic  
cutio Deut. XVII. 12. quando summo sacer- vi  
doti aut Judici morem haud gerentes ana- gic  
themate adficiuntur execribili, adeo, ut eo- au  
rum opinio infirmo innitatur talo, qui Sy- co  
nedrium aliquod ex Levitis aliisque pruden- qu  
tibus compositum omni tempore decisioni rat  
causarum arduarum præfectum existimat.

§. 37. Circa sacra Judicum officium ver- L  
satum esse, annales memoriae prodiderunt cat  
cap. II. 16 — 19. eum vero solum in finem, ut ad  
populum ab idolatria continerent in cultu tri  
veri Dei, non ut potestatem aliquid inno- nu  
vandi usurparent. Laudabile hac in re est Et  
facinus Gideonis, qui divino spiritu inflam- nif  
matus, altaria Baalis destruxit. cap. VI. 25. 27.  
noctu, cum auctoritate adhuc publica haud diu  
prædictus insolentiam plebis metueret inter- eu  
diu,

x mentediu. Idem tamen præclarus Gideon potestate magi- state, qua pollebet abusus, sacris domesticis supremis ab initio ad cultum, ut reor, veri numinis Mosai-institutis, idololatriæ ansam præbuit damno-servave-sissimam, atque ita nobis testimonium reli- m arro-quit, ipsum tunc temporis a Deo sibi reli- gationi-ctum fuisse. Nec silendum hic exemplum supremi Eli est, qui ad ætatem decrepitam profectus, i divino filii sacra munia impie obeuntibus, foeminis atis con- sacris stuprum inferentibus, numine certe onsa de- divino destitutus, plus justo indulserat, & um sen- ideo poenæ indulgentiæ horrendas dedit.

egii Le- §. 38. De auctoritate autem & potestate e est lo- Judicum circa sacra & lites decidendas ita o sacer- videtur, quod in cultu sacro & vera religione populum magis exemplo & suadendi tes ana- auctoritate, quam poenarum impositione, , ut eo- continere fatagerint, id quod exinde liquet, qui Sy- quod ipse Deus cap. II. indignabundus refe- pruden- rat, se ne sic quidem, scilicet per Judices, nant. Israelitas a cultu deorum arcere potuisse. um ver- Litium & causarum controversarum dijudi- siderunt cationem, neque per modum appellationis nem, ut ad ipsos devolutam, neque tamquam pro in cultu tribunali perpetratam, sed via consultatio- d inno- num ad eos delatam esse, verosimile est. n re est Etenim potestatem eorum judiciarum non inflam- nisi extraordinariam causarum inextricabi- I. 25.27. lium fore & quasi propheticam Moses ex ea häud divino oraculo Deut. XVII. 9. constituerat, et inter- eumque in modum Deborah munus suum diu, obiisse,

obiisse, ex Jud. IV. 4, 5. præsumo. Unus enim nec tot tantarumque causarum deciderunt cumulo suffecisset, quum' divinus Moses se isti oneri imparem cognosceret, nec collegium quoddam ad sefforum in consilium adhibuisse leguntur judges, ut ideo credam, lites fere omnes in dicasteriis singularum tribuum, maximo reipublicæ commodo terminatas. Samuel tamen quotannis omnem terram peragrans Bethelis, Gilgalis & Mitspæ jus dixit, & domum reveritus Ramethi responsa dedit pentibus, atque ita, si quid conjectura recte assequor, summam potestatem judicariam, inspectionem nimirum in quæcunque inferiora dicasteria, exercuisse videtur.

§. 39. De plurimis quidem judicibus, quomodo ad tantum fastigium honoris pervenerint, in annalibus sacris altum est silentium, quod autem ad eos, de quibus mentio fit in illis, attinet, alios immediate, alios mediante populi electione huic officio præfectos legimus. Sigonius de rep. Hebr. lib. VII. c. 2. §. 5. asserit omnes Judices a populo ad imperium pervenisse: Cum autem scriptum est, inquiens, Deum populo hunc aut illum Salvatorem excitavisse, significat, Deum populo in mentem injecisse, ut hunc aut illum judicem belli ducem designaret. Eflagitabat, ut ita statueretur, opinio viri doctissimi de forma reip. Israeliticæ aristocratica,

tica. Rectius Grotius ad cap. VIII. vs. 23. verba: *Dominabitur vobis dominus* ita explicavit: *Is vobis principes designabit.* Nos sacrorum annualium vestigia sequentes ita statuimus, Deum quidem ut plurimum immedia ta inspiratione & manifestatione judices illos designasse & constituisse, non semel autem populo in eligendo partes aliquas reliquisse, & faltem directione interna electionem gubernasse. Jephtha certe non immediata di vina iussione, verum populi suffragiis ad id fastigium elatus legitur cap. XI. Vita ipsius antea dicta iussionem divinam haud exspecta visse videtur. Collectis enim & coadunatis hominibus stipatus rapto vixisse, & rapinam gentis in gentem tum adhuc licitam, si non inter virtutes positam, exercuisse v. 3. memoriae proditum est. Verum hoc vivendi genus obstatre non poterat, quominus ceteris paribus divinam vocationem acciperet. Idem enim egisse Jephtha videtur, quod de Davide legitur 1. Sam. XXII. 2. & seq. cap. Sed ipse Jephtha humanam judicavit negotium esse electionem, qua exercitui praeficiebatur, siquidem capitulationem, uti nunc loqui moris est, cum electoribus sancivit, atque, antea quam, se fore rebus feliciter gestis dueem, & caput elegantium, solenni stipulatione sponsionem impetraverat, arma pro ipsis suscipere recusavit, propter memori am

riam injuriæ, iteratis precibus vix eo adactus,  
ut patriæ adflictæ rebus supereffe vellet.

§. 40. Quod cum Gideone & Abimelecho  
hanc in rem actum, huc non refero. Illius  
enim laudatur integritas regiæ dignitatis ipsi  
posteriorisque delatae honorem modestia sane  
incomparabili recusantis, Numinique omne  
imperii jus vindicantis. Jud. XI. 22. 23. quæ  
modestia id effecit, ut res exitu careret, &  
tentata electio successu destitueretur, & quod  
maximum est, eligentes sane in actu illico  
versabantur tum, quum in præjudicium theo-  
cratiæ Gideonem in regale solium efferre  
studerent. Et ipse idem Gideon jam pridem  
non suffragiorum popularium ope, sed de-  
stinatione divina immediata, ad magistratum  
& ducatum proregium gerendum pervene-  
rat. cap. VI. 14. Abimelechi autem tyrannis,  
quæ & titulo & exercitio simul talis fuit,  
ideoque ex mente Huberi lib. I. S. IX. C. I.  
§. 6. 7. Phalarismus dicenda, plane in exem-  
plum non est trahenda. Injustitia namque &  
divina destinatione, & populi suffragiis de-  
stituta, jus & titulum imperandi denegavit,  
parricidium in fratres legitimate natos com-  
missum animi crudelissimi indicium prodi-  
dit, imo justissima divina vindicta usurpa-  
tionem tali exitu haud indignam, dedecora-  
vit quam manifestissime cap. IX.

§. 41. Sed quid de Thola & Jairo, qui nul-  
la præente divina destinatione, missione aut  
ele-

electione populari, imperium sibi arrogasse  
videtur, dicendum est? cap. X. 1. 3. Rem  
estimandam & judicandam ex cap. II. 18. di-  
co. Hic autem excitatio judicum ipsi Nu-  
mini adscribitur, ideoque statuendum, silen-  
tibus licet annalibus, istos Abimelechi exem-  
plum haud secutos, nec munus invito Nu-  
mine aggressos esse, quum, si id fecissent,  
laudibus, quibus ornati inveniuntur, non  
caruissent modo, verum etiam poenas justis-  
mas non evitassent.

§. 42. Disquirendum adhuc superest, num  
judices uni, vel paucis tribubus præfuerint,  
an vero universæ omnium tribuum civitati.  
Dubium mihi movetur consideranti, Jeph-  
tham a solis senioribus, & populo Gileadi-  
tensi, imperio præfectum, cap XI. II. &, pro  
his quoque solis sese arma cepisse, pronun-  
ciasse cap. XII. 2. Accedit, quod supra §. 33.  
ex annalibus sacris demonstravi, Baracum  
pro duabus tribubus, Naphtali & Sebulon  
præcipue, & Gideonem maxime ad liberan-  
dam tribum Judaicam arma intulisse oppres-  
soribus. Nusquam etiam deprehendes ex-  
pressam mentionem, quod fasces super to-  
tam civitatem cunctarum tribuum tenuer-  
int, quid quod indefinita illa locutio, qua  
Israëlem judicasse, aut e manibus hostium e-  
ripuisse dicuntur, non incommodam inter-  
pretationem recipere videtur, de partibus  
reipublicæ Israëliticæ, non de tota, ex asse-

D

intel-

adactus,  
let.  
nelecho  
Illi  
atis ipsi  
ia sane  
e omne  
3. quæ  
ret, &  
&, quod  
illicito  
n theo-  
efferre  
oridem  
sed de-  
tratum  
rvene-  
rannis,  
s fuit,  
K. C. I.  
exem-  
que &  
iis de-  
egavit,  
com-  
prodi-  
surpa-  
ecora-  
i nul-  
ne aut  
ele-

intelligenda, adeo ut, si quando una vel altera tribus imperio judicis paruerit, reliqua pro tamen respublica sub optimatum vel quod alii malunt, totius populi moderamine manserit. Ita sane ex sacris appareat annali bus, & si verum fateri licet, compendiosa est. factorum a Judicibus perpetratorum narratio saepius dubium reddit lectorem, quid in hac, quid in illa re statuendum. Quidquid com fit, ego amplitudinem magistratus ab ipsis gesti ex Deut, XVII, estimandam sentio. Ibi vero non una alterave tribus judici dicto audiens esse jubetur, ast ad universum populum dirigitur oratio, non secus, ac summi sacerdotis aut Levitici collegii oraculum, ut consulerent in causis arduis, omnes reipublicæ cives ibidem jussi sunt, Jam igitur ita concludo, armorum quidem curam particularem fuisse, prout necessitas modo hujus, modo alterius tribus auxilium poscebat, cœtera vero negotia, & inter haec facultatem responsa dandi potentibus, omnem comprehendisse rem publicam.

J. 43. Conciliornm frequentiam ii ut stuant, necesse est, qui democraticum regimem populi Israelitici finxere. Ita Cunæus lib. I. cap. XII. potestatem Synedrii quidem magni facit, attamen ad comitorum plebis, „cita alligat, inquiens : Tum & quod sum, „mæ potestatis est, regem quoque consti, „tuebant senatores synedrii, ac de bello gerendo,

vel al- rendo, deque hostibns profligandis & de,,  
 reliqua proferendo imperio deliberabant. Sed quo-,,  
 el quod niam hæc ejusmodi erant, in quibus salus,,  
 ramine omnium, & summa reipublicæ vertebatur,,  
 annali consultatum de his plerumqne cum populo,,  
 endiosa est. Num plerumque consultatum sit, ex,,  
 narrat relatione sacrorum annalium non liquet. Il-  
 lud tamen merito rejiciendum, quod extra  
 quidquid comitia jus belli & pacis synedrio adscriba-  
 ab ipsis tur, quum potius aut judicem aut ipsum po-  
 tio. Ibi pulum ex oraculo divino de bello & pace  
 statuisse, exemplorum supra recensitorum  
 historia abunde testetur. Quoties igitur po-  
 pulus moderamini rerum ipse præfuit, toties  
 rem non nisi in comitiis expediri potuisse  
 certissimum est. Exempla quidem hujus rei  
 hæc sunt. Primum est comitiorum illorum,  
 ubi de coercenda Gabæanorum lascivia de-  
 liberatum, & bellum tribui Benjamiticæ in-  
 ferendum decretum est. Atque hæc comi-  
 tia, licet una tribus defucrit, universalia  
 merito dici possunt. Particularia comitia  
 fuere, quando Gileaditæ de profligandis ho-  
 stibus, deque eligendo eum in finem belli  
 duce, concilium habebant, ipsumque Jeph-  
 tham non elegerunt solum, verum etiam,  
 sponsione solenni inita, inaugurarunt. Jud.  
 cap. XI. II. Gideone mortuo, ubi Abimele-  
 chus regnum anhelabat, sublatisque fratri-  
 bus, qui ipsi obstare putabantur, Sichemi  
 terum potiebatur, convocanda omnino erant

comitia , quibus per suffragia (electionem gesta  
enim coactam violentæ in totum occupatio-  
ni , ut titulo justo superbiret, prætulisse vi-  
detur) electus, solenni more inauguraretur  
cap. IX. 6. Hæc autem ipsa Comitia non  
judice publicæ consultationis causa convoca-  
ta, sed vacante, ut ita loquar, folio, a po-  
pulo ipso instituta apparent.

§. 44. Conciliorum a Judice indictorum  
exemplum saeri annales nullum memorantur  
& si recte puto, vix convocata esse putandum est. Judices enim, tamtum abest, ut  
populi ad comitia convocati consiliis egue-  
rint, oraculo divino instructi, ut potius  
Deus eorum consultationem in rebus arduis  
Deut. XVII. cunctis injunxerit. Comitio-  
rum a Samuele indictorum aliam rationem  
fuisse historia illius temporis abunde demon-  
strat. Posteaquam enim populi tumultuan-  
tis seniores, conventiculis eum in finem ci-  
tra dubium habitis, delecti & deputati ad Sa-  
muelē confluxissent regemque petiissent  
Deusque rebellibus in proprium ipsorum  
damnum, indulgendum mandasset, tunc co-  
mitiis adesse Israelitæ a Samuele bis jussi le-  
guntur 1. Sam. X. 17. XI. 14. XII. 1. seq. non  
ut cum iis de electione regis consilia confer-  
ret, sed ut rex ab ipso designatus Numine  
populo publice præficeretur, & obedientia  
nova regi præstanta præcipiteretur, tum de-  
nique, ut Samuel muneric a se justissimi  
geset.

zionem gesti & tunc deponendi publicas rationes  
upatio redderet.

§. 45. Hæc omnia ita sese habuisse conce-  
raretur forsan plurimi, qui rerum gestarum se-  
non riem ex ipsis fontibus deducendam esse me-  
nvoca cum facient. Sed instabit, credo, aliquis,  
a po quæ facies reipublicæ Israëliticæ fuerit, quan-  
do Israëlitæ ab hostibus subacti, tributum  
victoribus solverunt. Ego quidem calcu-  
lum adjicio sententiæ Grotii servitutes Israe-  
litarum alteram Midianiticam, alteram Moa-  
est, u biticam, ita explicantis ad cap. III. 8. quod  
egue pacem gravibus tributis redimere coacti sint,  
potius non tamen ut præsidia ab regibus accipe-  
rent. Ulterius addo: Etiamsi forsan quotan-  
nis tributum pendere, immo etiam amici-  
tiam victorum submissius colore obstricti  
fuerint, interim tamen jura imperii super  
subditos & cives haud sublata esse, sed ea-  
dem mansisse. Dicta, quod intermisit Gro-  
tius exemplis historicis probabo: quum Ja-  
binus Chananæus Israëlitas oppressos tene-  
ret, nihilo tamen secius Debora prophetis  
virile munus obiens pro tribunali quasi sedit  
& quærentibus responsa impertivit. cap. IV.  
Nonne Jephtha tempore servitutis Ammo-  
niticæ in solennibus comitiis dux exercitus  
constitutus legitur cap. XI. Quid? quod  
toto tempore, quo Simson fasces tenuit, Israe-  
litas a Philistinis servitute oppressos ex cap.  
XV. II, intelligimus.

J. 46. Jam quæris ex me sententiam  
 meam, quam formam imperii hisce tempo-  
 ribus fuisse ego existimem? Ecce rempubli-  
 cam Israeliticam, *theocraticum systema, civi-*  
*tatum, quæ singulæ fere universum impe-*  
*rium sub moderamine Dei habuerint, appellan-*  
*dum censeo.* Atque hoc ut ita censeam,  
 & prima initia regiminis post egressum ex  
 Egypto, & res sub judicibus gestæ persua-  
 dent, imo etiam finis hujus periodi rege-  
 electo postulat. Nam ut de initiis primum  
 dicam, foedus illud illustre inter Deum &  
 gentem Israeliticam, de quo Exod. XIX.  
 3—8. singularis alicujus regiminis omnino  
 demonstrat initia. Sub regno nimirum po-  
 tentiæ divinæ, quod dicitur in theologorum  
 schola, non secus ac cœteri homines, jam  
 tum comprehendebantur Israelitæ, ut ad  
 stabiliendum illud stipulationis solennitate  
 opus haud esset. Sequitur ergo, ne frustra  
 inter Deum & homines aliquid actum dicam-  
 us, extraordinarium quoddam imperium  
 Dei, solenni hoc foedere inter medio, in  
 gentem Israëlitarum tune fundatum. Re-  
 spondit initio singularis regimen administrandi  
 modus. Etenim bella auspiciis divinis  
 gesta, Judices juri in arduis causis dicundo,  
 & bellis præfectos, jus circa sacra externum  
 soli Deo reservatum, pœnas tot genti ob-  
 inobedientiam inficias, jus legum ipsi Nu-  
 mini reservatum ea, quæ in §§is anteceden-  
 tibus

tibu  
 mor  
 deo  
 riae  
 imp  
 bis  
 attin  
 sibi  
 solat  
 imp  
 extr  
 quo  
 min  
 ordi  
 man  
 secu  
 crati  
 §.  
 publ  
 gula  
 mod  
 cens  
 runt  
 rese  
 part  
 obse  
 Josu  
 naeis  
 ut li  
 gula  
 impe

tibus à nobis dicta sunt, perhibent, & me-  
moranda hic & integritas & attestatio Gi-  
deonis est, qui honorem regiae & hæredita-  
riæ dignitatis deprecatus, summo Deo ius  
imperandi attribuit; *Dominus, inquiens, vo-*  
*bis dominabitur.* Quod denique ad finem  
attinet, Samuelem de abrogatione imperii  
sibi eosque concredi querentem ita con-  
solatus est Deus, ut non illius, sed suum  
imperium detrectari & abrogari dixerit. Hoc  
extraordinarium imperium quum singulari,  
quod fingeretur, nomine, opus haberet, no-  
minibus formarum imperiorum humanorum  
ordinariis ad eam irregularē regiminis for-  
mam haud quadrantibus; finxit jam ante  
secula Josephus peculiare nomen, & *Theo-*  
*cratiam* appellavit eam rem publicam.

§. 47. Ut autem Systema civitatum rem-  
publicam Israeliticam appellarem, quæ sin-  
gulae universum fere imperium habuerint sub  
moderamine Dei Maximi, eo me supra re-  
censita exempla rerum gestarum adduxe-  
runt. Etenim Deum non omnia jura sibi  
reservasse plenissime, sed quasdam regiminis  
partes hominibus reliquisse supra non semel  
observavimus. Tempore senioratus obitum  
Iosuæ infecuti duæ tribus de bello Chana-  
næis inferendo foedus inivere §. 19. cæteris,  
ut liquet, tribubus pacem coletibus. Sin-  
gulas tribus in subditos quosdam Chananaeos  
imperium, §. 20. nec non suos magistratus

electionis ope constitutos habuisse §. 21. supra vidimus. Et utut collegium illud Leviticum causarum arduarum decisioni præfetum naturæ systematicæ civitatis adversari videatur & supremæ potestatis jus tribuum singularum perimere videatur , potius tamen hic locum habet id , quod Huberus de Concilio foederatarum civitatum docet lib. „ I. S. III. cap. III. §. 25. Quinimo, inquiens, „ et si convenit, ut apud commune foedera- „ torum concilium, vel eum, qui in foedere „ superior est, cives singularum civitatum „ certis ex causis rei fiant, damnatique pu- „ niantur, id nec ipsum potestati summæ ad- „ versari docet Proculus Jctus in d. l. VII. Non parvam similitudinem hoc inter & Con- cilium Amphictyonicum inveniri puto, quod universæ Græciæ unum in publicis causis tri- bunal statuisse, & singulis Græciæ civitati- bus non ademisse summam potestatem, Hu- berus ex Emmio de Conc. Amph. docuit cit. loc. §. 9.

§. 48. Systematicam hanc civitatem se- quenti tempestate, quæ præeunte Josepho supra a nobis Anarchia vocata est, mansisse non est cur dubitem. Nam quod actum fuisse in concilio indictorum comitiorum ad Gibæanorum lasciviam multandam videmus, & quod deinceps statutum esse constat, ne tribus Benjamitica plane interiret, naturæ systematicæ civitatis eo minus repugnat, quo cer-

certius est, talibus in Comitiis civitatum fœdere conjunctarum regulariter de bello suscipiendo & pace restituenda agi solere. Iis porro temporum intermediis spatiis, quibus judices haud adfuisse supra asseruimus, imperii formulam eamdem exstissem omnino statuendum esse censeo, quum vix credibile sit, per intervalla omnes tribus per σύγχυσιν πλεῖας in unam coaluisse civitatem.

§. 49. Sed infirmo hoc argumentum niti fundamento videbitur illis, qui monarchicum Judicum regimen defendunt. Ego vero nec tum, quando Judices rerum moderamini a Deo O. M. praefecti sunt, systematicam formam plane immutatam ex sacris litteris conjicio. Nam, ut a primis initiis rem deducam, ex Deut. XVII. 9. constat, quod summum Numen aut Sacerdoti, aut Levitarum collegio, aut Judici extraordinem ex civitate vices suas demandaverit pari conditione, nec huic majorem in populum potestatem, quam Pontifici vel collegio Levitarum concesserit. Limites itaque potestatis suæ Judices extraordinarii excessisse, & plus, quam fas fuit, sibi arrogasse haud videntur, quos divino instructos spiritu fuisse scimus, & quos divina hæc sanctio latere non potuit. Imo series rerum deinceps aëtarum supra a nobis relata monstrat, Judicibus fasces tenentibus, tribus tamquam civitates summo imperio præditas, singulas summam potestatem

retinuisse. Bella plurima, si non omnia, non cunctarum tribuum, sed singularum, sed quarundam speciali foedere junctarum, copiis gesta §. 33. legi queunt, nec repetitio-  
ne egent. Indicant autem id, quod a me  
statuitur, singulas tribus summa potestate  
gavisas, quoniam jus belli ceu præcipuum  
jus majesticum, quid de cæteris judican-  
dum liquidissime indigitat: & si verum est,  
quod §. 42. a nobis exemplis manifestissimis  
assertum est, Judices bella illa particularia  
gessisse, iterum ab una alterave tribu ele-  
ctos, quis est, qui jam in dubium vocare au-  
sit, Judices illos particulares belli duces fui-  
se, non generales. Quamvis autem ipse ego  
§. 42. asseruerim, potestatem illorum juris-  
dicundi universalem fuisse; talem tamen ju-  
risdicendi potestatem vel certo collegio, vel  
uni, qui in foedere superior est (addo vel  
ei, qui in una civitate cum summa dictoria  
potestate est) delatam non tollere, jam §. 47.  
præc. ex Hubero probavi.

§. 50. Quum ergo rempublicam Israeliti-  
cam omnium tribuum non unam civitatem,  
sed systema duodecim civitatum haud foede-  
re aliquo humano conjunctum (nam si ita  
loquerer, theocratiam plane respuerem) ve-  
rum systema theocraticum, h. e. divinis au-  
spiciis gubernatum defendi, prætermitten-  
dum hic non est, quin, quæ forma in singu-  
lis tribubus obtinuerit, paucis dicatur. Num  
ari-

aristocratia, an vero dæmocratia prævaluebit, in utramque partem disputari potest. Electionem magistratum, populo quidem supra adscripti juxta tenorem divinæ sanctiōnis, nec minus Jephtham suffragiis Gileaditarum ducem electum bello memoravi, quid? quod etiam comitiorum usum adstruxi. Ut adeo pro dæmocratia pronunciandum videatur. Attamen dubio haud caret, an totus populus an vero proceres & optimates populi intelligendi. Illud suadere videtur confluxus ille hominum in Comitiis Gibæanorum lasciviæ coercendæ gratia indictis, quoniam jus quorumcunque comparandi in Comitiis exinde apparere videtur. Hoc autem, scilicet seniorum & optimatum eminentius jus, argumentis non destituitur. Primo enim Seniores i. e. optimates, Josua fatis defuncto, clavum reip. tenuisse, & optime reip. præfuisse laudantur. Jud. II. 7. Tum quoque Jephtham, non universæ populi multititudini sed optimatum suffragiis electionem debuisse ex Jud. XI. 5. 7. 8. 9. 10. 11. constat. Quibus consideratis dubitandum amplius non censeo, quin Aristocraticam formam singulis attribuam tribubus.

§. 51. Sed quæritur: anne jus *avvenegritas*, tum, cum Judex extraordinarius huic vel illi tribui datus est, interea deletum aut suspensum fuerit? Negativa mihi hic præaffirmativa placet. Etenim hunc divinitus &

ad

ad bellum feliciter administrandum excitat-  
tum Dei vices quasi gesisse , certum est.  
Deum Judici majora , quam Summo Pon-  
tifici , aut Levitico collegio , non attribuisse , paulo ante ex sanctione illa pragmatica ,  
quæ Deut. XVII. 9. perscripta est , adserui.  
Quod ergo §. 49. de tota rep. Israelitica ad-  
struxi , systematicam naturam per hanc sum-  
mi Pontificis , aut Collegii Levitici auctori-  
tatem , Judicumve munus plane non fuisse  
sublatam , illud cur non ad quamcunque ci-  
vitatem singularum tribuum applicandum  
sit , non video , eum in modum , ut Judex  
magistratus extraordinarius ad vices theo-  
cratiæ causarum arduarum decisione obeun-  
das a Deo constitutus & dux belli divinitus  
designatus dicatur , constitutione magistra-  
tuum inferiorum ; & dispositione aliarum  
rerum minorum arbitrio optimatum relictis.  
Num denique potestas Judicum *dictatoria* ju-  
re suo appetetur , eam quæstionem ita defi-  
niendam statuo , ut *Dictatores* suffetibus illis  
Israliticis non plane similes , neque tamen  
plane dissimiles fuisse , & quod in prover-  
biū abiit : Omne simili claudicat , hoc casu  
etiam accidere statuam.

§. 52. Mira videbitur forsitan hæc nova  
opinio mea , mixturam aliquam divini hu-  
manive regiminis a me defendi , atque ita  
theocraticum civitatum sistema effectum  
esse. Verum enim vero , ipse Josephus , si  
recte

recte intelligatur, mecum facit, & mixtu-  
 ram divini humanique imperii adstruxit. Huc  
 faciunt ea, quæ Conringius in diss. a nobis  
 jam laudata de politia sive republica Hebræo-  
 rum §. 42. 43. 44. ex Josepho exscripsit, ubi  
 eum, quod modo theocraticum, modo ari-  
 stocraticum, modo monarchicum regimen  
 appellaverit, partim refutat, partim conci-  
 liat. Totus autem in eo est Conringius, ut  
 demonstret, Josephum, ubi theocratiam ap-  
 pellarerit, quod in libris contra Appionem  
 scriptis fecerit, quam accuratissime, neque  
 ita accurate loqui voluisse, tum, quum Mo-  
 sen ad gentem suam verba facientem & Ari-  
 stocratiam laudantem ex Deut. XVII. indu-  
 xerit, lib. IV. Antiq. cap. 7. & quum quasi  
 aliud agens cap. IV. ἀρχαὶ λογοτεχνῶν, ante reges  
 Hebraeam gentem gubernasse ἀρχοντας, τέσ  
 προστάγματα κείται οὐ μονάρχες, i. e. Prin-  
 cipes, qui appellati fuerint Judices & mo-  
 narchæ, narraverit. Consentimus Conrin-  
 gio non accurate hæc postrema a Josepho  
 dicta esse, licet nec Conringium ipsum rem  
 acutetigisse infra demonstratus sim. In-  
 terea tamen, quoniam Josephus quando Mo-  
 sen Aristocratiam laudantem per Hypoty-  
 pyam induxit, arbitrio populi non nihil ad-  
 scripsit, & systematica civitas non raro Ari-  
 stocratia dicatur, idcirco Josephum non qui-  
 dem accurate loquutum & tamen non plane  
 errasse concludo. Et si porro Josephus ita

ex.

explicetur; quod *οἱ προσηγορεύμενοι κείται ἡδ*  
*μόναρχοι* vices Dei in administrando imperio  
 theocratico, gesserint, quam explicationem  
 Josephi oratio respuere haud videtur, tunc  
 omnis difficultas interpretationis & contra-  
 dictio evanescit.

§. 53. Quum igitur nostra sententia firmis-  
 simo fundamento superstructa & a quibus-  
 cumque dubiis liberata sit, prona quidem  
 argumenti consequentia est, cœteras omnes  
 a me supra recensitas virorum illustrium o-  
 piniones, huic meæ sententiae contrarias, alias  
 aliis a veritatis tramite alieniores esse, nec  
 difficile judicatu puto esse lectoribus, quid  
 primum *ψεῦδος* cuiuscumque opinionis existi-  
 terit, & quomodo extra veritatis oleas elab-  
 psi viri doctissimi in avia inciderint. Interea  
 tamen & hoc paucis delibasse, haud injucun-  
 dum lectori fore consilus, singulas opiniones  
 brevissimis verbis perstringam, & ordinem  
 a me jam antea observatam sequar.

§. 54. Primus Houtuynius obvenit Jure-  
 consultus Belga, qui humanum regimen  
 reip. Israeliticæ ratus, monarchice illud ad-  
 ministratum fuisse defendit, Rechenbergium  
 idcirco nactus adversarium & refutatorem.  
 Duplicem errorem erravit Houtuynius, pri-  
 mum, dum Deo O. M. nullas partes imperii  
 theocratici reliquit, alterum, quoniam Judi-  
 ces monarchas ratus, eorum potestati plus  
 justo adscripsit, & formam monarchicam  
 appell-

appellavit. Scio quidem, Conringium in disputatione saepius a me laudata §. 48. contra Sigionum aliosque Aristocratiæ adsertores disputantem statuisse, ea quæ quantulacumque in theocratia, hominum fuerint relicta arbitrio, rectius ad monarchiam, quam aristocratiam referri. Verum enim vero, quod illæsa tanti viri existimatione dixerim, si contemplamur suffetes illos, magistratum divinum gessisse atque præterea nihil juris habuisse, populum autem ex indulta Summi Numinis, suo jure nonnullas imperii partes habuisse, monarchicæ formæ adsertores quam longissime a veri via recessisse videntur.

§. 55. Eumdem fere errorem sed non plane eumdem errasse videmus Menochium, qui monarchiam aristocratiæ mixtam dixit Israëlitarum rempublicam. Non est cur refutationi hujus opinionis diutius immorer, quum eadem, quæ §. præc. contra Houtuyni monarchiam humanam dicta sunt, hic etiam contra Menochii monarchiam dicenda sint, & quantum ad mixturam Aristocratiæ attinet, Menochius & Sigionius §. sequent. una opera refutari queant.

§. 56. Hic igitur Sigionius quid ad stabilendam suam de forma aristocratica opinionem adlegaverit, supra §. 8. & 9. retuli. Imperio optimatum virum doctissimum valde faventem coque ipso monarchis injurium cen-

censeo, dum naturam theocratiæ in eo consistere docuit<sup>;</sup>, quod summa rerum penes optimates fuerit, & quod Judices non omnimoda, sed legibus adstricta potestate fuerint prædicti. De judicium potestate ita loquitur:  
 „Significavit aperte Samuel lib. I. cap. VIII.  
 „Judicibus rerum summam ex lege habentibus regnasse Deum super Hebræos, quia lex dominata esset; imperio vero ad regem, gentium more translato, *Deum* non regnaturum, cum non penes legem, sed penes voluntatem unius hominis summa rerum esset futura. Quasi vero Salomon *Proverbiis* Prov. VIII. 15. 16. minus vere edixerit, dum imperantes, sive reges, sive principes, sive quoscumque alios, divina ita disponente sapientia, fasces tenere dixit. Valde & vehementer sane errat ista Sigonii explicatio theocratiæ, revera ita totam theocratiam evertentis & tollentis. Nam quoniam Deum jus circa sacra & circa leges plane sibi reservasse nec quidquam juris circa illa & has cum optimatibus communicasse, ex ante dictis constat, quo veritatis colore tandem gaudebit opinio Sigonii, omnimodam potestatem, theocracia sublata, optimatibus adjudicantis? Cæterum doctrinæ Sigonii tripartitam quodammodo Hebræorum rempublicam afferentis, si salva id fiat theocracia divina non plane adversor. Etenim quando Sigonius lib. I. c. V. circa finem concludit,

cludit, omnium tribuum complexum primam rempublicam fuisse, easque tribus singulas civitatem quamdam urbibus & pagis consistentem constituisse, quarum urbium quorumque pagorum singulæ rationis suas peculiares habuerint, quid quæso tripartita illa respublica aliud fuit, quam quod nos systema civitatum appellavimus.

§. 57. Error eorum, qui nimio status popularis amore, nimioque erga monarcharum atque optimatum imperium, eoque injusto odio abrepti, ex forma regiminis Israelitica, pro stabilienda *democratia* argumentorum pondera quæsiverunt, in propatulo est. Primo enim Theocracia monarchiae speciem præ se ferens dæmocraticam licentiam respuit. Tum senioribus i. e. optimatibus quædam administranda fuisse concessa, supra iterum iterumque allegavimus, nec de plebis auctoritate circa curandam summam reipublicæ occurrit quidquam. Et de comitiis sentio, seniores & optimates ibi de rebus publicis statuisse, obsequii gloria plebi relata. Denique natura systematicæ civitatis obstat, quominus Israelitas in uno corpore dæmocratice gubernatos adfirmemus.

§. 58. Grotii sententiæ quominus totus accedam ideo impedior, quoniam Theocratiæ debitum honorem demere, deficientibus Judicibus, nimis laxum, imo fere dissolutum corpus statuisse, suffetibus autem istis

E

fasces

con-  
benes  
mni-  
erint  
itur:  
VIII.  
enti-  
quia  
d re-  
non  
sed  
mma  
mon  
edi-  
orin-  
a ita  
ixit.  
gonii  
heo-  
quo-  
pla-  
circa  
asse,  
lore  
mo-  
ma-  
igo-  
rum  
ne-  
nim  
con-  
udit,

fasces capessentibus, systematicam formam  
 negasse videtur. E contrario ego nullo non  
 tempore Theocratiam vires suas exseruisse,  
 etiam illa tempestate, quam Anarchiam Jo-  
 sephus dicendam autumavit, supra demon-  
 stravi. Et quamquam ipse antea defendi,  
 singulas tribus jure aliquo *autonegrias*, salva  
 tamen theocratia, de summa rerum suæ ci-  
 vitatis statuisse, nihilo tamen secius statum  
 Hebræorum Græciæ, concilio Achaico sive  
 Amphictyonico dissoluto, similem fuisse  
 haud concedo, siquidem collegii Levitici a  
 Deo constituti auctoritatem eamdem supra  
 adserui, qualem concilii Achaici potestatem  
 Emmius descripsit, ut ideo dicendum sit, ni-  
 miam laxitatem & dissolutionem corporis  
 hujus systematici auctoritate concilii Leviti-  
 ci impeditam fuisse. Quod cæterum Gro-  
 tius putavit, sub judicibus tamquam monar-  
 chis cunctas tribus in unam civitatem cito  
 coaluisse, & systematicam naturam ea ætate  
 ad tempus evanuisse, istud aliter dicendum  
 ex iis, quæ de munere Judicum retuli, ju-  
 dico. Houtuynii sententiæ, quæ singulis  
 tribubus summum imperium attribuit, ea  
 ætate, quæ Josuam inter & Othonielem in-  
 tercessit, cur calculum haud adjiciam, in  
 promtu ratio est, scilicet, quoniam & theo-  
 cratiam nullam habet, & subsequentibus  
 temporibus rempublicam monarchice gu-  
 bernatam a Judicibus esse contendit.

§. 59.

§. 59. Summum imperium Pontifici supremono, Dei vice, gerendum, ab initio jure foederis inter Deum & Hebræos pacti, destinatum, quæ sententia Hobbesii est, non plane nego. Ipse enim Deus Exodi XIX. 6. ubi prima theocratiæ initia deprehenduntur, regnum sacerdotale rempublicam Hebræorum fore, i. e. regnum theocraticum per sacerdotes administratum iri, constituit. Sed postea idem summus Hebræorum Rex Deut. XVII. Pontifici non modo concilium Levitorum adjunxit, & arrogavit, verum etiam Judices illos, quos tempestatum necessitate postulante, excitaturus foret, in locum tam ipsius Pontificis quam concilii Levitici surrogavit, iisque cunctis eamdem concessit potestatem. Si itaque Judices destinatione divina non minorem adepti auctoritatem sunt, quam sacerdotes, quis quæso Hobbesio ad stipulabitur, jure summo sacerdoti semper debitum, factò autem penes Judices fuisse imperium asserenti.

§. 60. Quod superest Rechenbergii & Conringii sententias, quantum ad theocraticum regimen attinet, omnino approbo. In illo autem desidero, quod ea, quæ privato arbitrio permissa fuisse, supra plus semel memoravi, non tamtum ex mente doctissimorum virorum, sed etiam juxta sacrorum annualium relationem, plane intermisserit, adeoque puram theocratiam rempublicam

ormam  
lo non  
eruisse,  
am Jo-  
emon-  
efendi,  
salva-  
uæ ci-  
statum  
o sive  
fuisse  
itici a  
supra  
tatem  
sit, ni-  
rporis  
eviti-  
Gro-  
onar-  
cito  
xate  
ndum  
, ju-  
gulis  
, ea  
n in-  
, in  
heo-  
ibus  
gu-

cam esse Hebraeorum voluerit. Contingius autem quamvis nonnullum penes homines rerum publicarum arbitrium fuisse, semel atque iterum in laudata dissertatione affirmaverit, in eo tamen virum civilis prudentiae doctorem celeberrimum lapsum censeo, quod §. 49. quantacumque in Hebraeorum republica penes homines fuerit, illam ipsam rempublicam Monarchiam dicendam automaverit, quum tamen sole, quod ajunt, meridiano clarius a nobis demonstratum sit, rempublicam hanc humanam, quantacumque inter Hebreos obtinuerit, systemati civitatum fuisse simillimam.

§. 61. Hac reipublicæ Hebraicæ forma quid præstantius, quid antiquius in omni terrarum orbe invenietur. Laudent alii monarchiarum exactum imperium, alii optimatum rempublicam, alii popularem licentiam, prout quisque sua interesse putat. Ego certe eam remp. felicissimam fuisse judico, quam ipse Deus imperio suo divino peculiariter dignatus & moderatus est. Laudantur & beata habentur illa regna, quibus imperantes potentia pollentes, & justitia atque clementia incluti præsunt, ut subditi contra alienas oppressiones tuti, justitiae & æquitatis fructibus gaudeant, juris & æqui ipsi studiosi. Jam quæ potentia imperantium omnipotentiæ divinæ par, quis imperans justi & æquitatem observans. Maxime iniqui, maxime stulti

stulti itaque fuerunt Judæi, qui divini imperii impatientes & pertæsi, humanam gubernationem vicinis gentibus adsuetam, præ illo optarunt.


§. 62. Interim quia theocratia nostra sane singularissima reipublicæ forma fuit, Dei ipsius imperio superbiens, hinc certe liquidissime constat, male agere eos, qui ea, quæ hac theocratiæ ætate accidere vident, in exemplum allegant, & nil justum in nostris rebuspublicis credunt, nisi quod in theocratia obtinuisse deprehendunt, aut conjecturant. Hinc videas absolutissimorum imperiorum Mæcenatem, Hobbesium, ad præstruendam opinionem suam dicta biblica Deut. V. 27. Jos. I. 16. allegasse, ad theocratiam spectantia, de Cive, cap. XI. §. 6. allegasse, imo etiam aristocratiarum patronos ea, quæ de Synedrii potestate dicuntur, prostatibilien-do optimatum imperio in medium non raro proferre, maxime vero dæmagogos illos & Monarchomachos, dictum Althusium, Stephanum Junium Brutum, & ejusmodi farinæ homines alios, historia comitiorum Ju-daicorum valde abuti, & omnem vim imperii, in unaquaque reip. forma, solis vindicare comitiis. Error omnium, ut longius redarguatur, mereri non videtur, in oculos rem recte & rite perpendentium liquidissime incurrens. Illud monuisse sufficiet ad singularissimam hanc imperii theocratici formam

ingius  
mines  
semel  
adfir-  
uden-  
enseo,  
orum  
ipsam  
autu-  
t, me-  
n sit,  
cum-  
ati ci-

orma  
i ter-  
mo-  
timat-  
tiām,  
cer-  
uam  
igna-  
eata  
s po-  
tentia  
s op-  
acti-  
iosi.  
ten-  
equi  
ime  
stulti

mam quāscumque respublicas non recte re-  
ferri reformandas; quasdam autem imperii  
partes juxta theocratici imperii partes juxta  
theocratici imperii modum æstimare velle,  
cæteris præteritis, hoc certe longe absurdissi-  
mum esse, quum jam in principio a me de-  
monstratum sit, non nisi cunctis imperii par-  
tibus perspectis, & inter se collatis, de for-  
ma aut præstantia rite æstimari. Quidquid  
sit, ea, quæ a popularis licenciæ vindicibus  
ex theocracia nostra in medium proferuntur,  
firmo desitui fundamento is fane mecum  
consentiet, qui poenas divinas justissimas  
lascivienti & libertate concessa abutenti ple-  
beculæ non semel irrogatas ea, qua par-  
est, attentione contempla-  
bitur.

Tantum!



te re-  
perii  
juxta  
elle,  
urdis-  
e de-  
par-  
for-  
quid  
cibus  
ntur,  
cum  
imas  
ple-  
ar





nc


NC



7c 1877

X 9368846





Theocraticum Tribuum  
Israelicarum

# SYSTEMA

Seu de  
Forma Reipublicæ  
Israelicæ

ante Regum tempora,

Auctore

Sebastiano Eberhardo  
Jhering,

erenissimi Principi Frisiæ Orientalis à Consiliis Regiminis  
& Ecclesiasticis.

BREMÆ,

In Officina Saurmanniana.

1731.

